



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Jacobi Alvarez de Paz Opera**

De Vita Spirituali, Eivsque Perfectione - Libri quinque

**Álvarez de Paz, Jacobo**

**Lvgdvni, 1611**

Pars II. de nonnullis documentis generalibus ad assequendam  
Perfectionem necessarijs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77833)



## PARS SECVNDA

### DE NONNVLIS DOCUMENTIS GENERALIBVS

ad assequendam perfectionem necessariis.

**P**OST perfectionis desiderium, documenta quaedam generalia, perfectioni assequenda admodum utilia, huic primo volumini, secundum promissionem nostram, finem imponent, quorum quaedam ad ipsam substantiam operum, quibus studiosus perfectionis incumbit, alia verò admodum in ipsis operibus tenendum valde conducunt. Illa in hac secunda tractatione, haec verò in postrema declaramus.

*Religiosus perfectionis cupidus magistrum perfectionis querat.*

#### CAPVT XII.

**D**esideria perfectionis à nostra voluntate cōcepta, si vera & efficacia sunt, non in solo corde permaneant, sed ad opus exeāt, & ad omnis virtutis amorem & studiū impellant. Signū enim est (vt diximus) aut falsi, aut saltē inefficacis desiderij, si data opportunitate non operetur, nec quod antea concupiimus, exequatur. De quo dixit Salomon: Vult, & non vult piger: anima autem operantium impinguabitur. ] Vult quidem corporis castigationem, sui abnegationem, & omnis virtutis exercitationem, quando nihil sese offert, in quo aut opus virtutis faciat, aut suam voluntatem abneget, aut sensus corpūsque castiget. Non vult autem, cum mortificationis, vel virtutis occasio animū pulsāt, quia nonnulla difficultate studiose actionis exterritus, protuac, desiderium proficiendi, & seipsum abnegandi, deponit. Iste quod ad corpus attinet, fortassis pinguis erit, & crassus, sed fat scio, quia in animo tenuis erit, & macilentus: Nam ille solus animam suam roborat, & adipe virtutis impinguat, qui, quod voluit, quod postulauit, quod concupiuit, opere praestitit, & ex corde in manus & actiones produxit. Opera verò, ad quae desideria perfectionis incitantur, multa, & varia sunt, sine quibus ex gratia & auxilio Dei factis, nemo sanctus & perfectus existet. Hoc autem paulatim, & non sine aliquo ordine, ac methodo (Deo donante) vastum hoc opus, explicabit. Licet enim gratia Dei, quae artifex est sanctitatis, ab humanis regulis, & ab intentione ordinis non dependeat, eo tamen ipso, quòd hominis imbecillitati, & naturae se accommodat, virorum spiritualium regulas, & actionum ordinem non excludit. Quare Bernardus, oſculari pedes Domini prius per penitentiam, docet; & postea manus, per gratiarum actionem, postulat; & postremò os illud sponſi venerandum attingere per amorem efflagitat. Sed antequam ad haec, quae sunt particularia, descendamus, operae pretium est promissis stare, & quaedam generalia documenta viris spiritualibus admodum necessaria, clarè & manifestè proponere, quae ad studiosas actiones, ex desiderio perfectionis manantes pertinentia, huic primo nostro volumini finem imponent. Haec verò, quia ad perfectionem, & mentis puritatem capeſſendam val-

PROV. 13.

Ber. ser. 3.  
in cap. 1.

**A**dè conducunt (vt experientia viris iam sanctis aperuit, & viris sanctitatem sitientibus demonstrabit) vellem lectores non cursum, non festinantèr, sed paulatim, & lento (vt aiunt) gradu perlegerent, & lectionem, vt iam iterum diximus, attentè eorum, quae lecta sunt, meditatione condirent. Cùm enim virtutis opus non tam sit, scire, quàm agere, non tam, nosse quàm operari, lectionem debet consideratio comitari, quae lecta in desiderium affectumque transfundat. Nec solum vt morosus exactor, vel (vt vetulus loquar) tamquam virium meditationis nostrae cognitor, hac ero diligentia contentus, nisi etiam quae quilibet legerit, operis ipsius nonnullo labore perſicet. Ita scilicet, vt quaedam eorum quae dicemus, vt, exempli gratia, quae de magistro perfectionis habendo, de ei in omnibus obediendo, & de recta intentione seruanda, & de aliis similibus proponuntur, statim sine mora faciat: alia verò quae non tam facilem executionem habent, per hebdomadas aut per menses, vel per longius spatium temporis, si alicui necessarium videbitur, experiri, & vtcumque implere, conetur. Haec enim istorum vitae spiritualis documentorum, vel leuis praelibatio mirificè animas nostras mutans, & ad querendam mirabilem tranquillitatem reuocās, & à sensibilibus rebus abducens, ita nos inflammabit, & dulcissimae virtutis amore capiet, vt nequaquam à cæpro celsemus, donec quod praelibauimus, abundè bibamus; & eo bono, quod olſcimus, satureremur.

**C**Principiò ergo religiosus, aut spiritualis vir perfectionis desiderio succensus, magistrum huius vitae, non à multis trita, & praëceptorem virtutis querat, à quo disciplinam istam omnium praestantissimam addiscat. Nec qui vitam religiosam profiteretur (vt nunc alios spirituales viros relinquamus) nimis in querendo magistro fatigabitur, quoniam aut praëlatus, aut ille, qui confessiones eius excipit, aut quem praëlatus animabus curandis in cōnubio medicum designabit, magister est perfectionis cui animam suam curandam, regendam, & ducendam committet. Si autem ille non fuerit satis, vt desiderat, peritiam rerum spiritualium instructus, confidat de benignitate Domini, quòd per os magistri, à matre religione signati, illum erudiet, & de omnibus edocebit. Non erit autem praeter ordinem, de consensu praëlati, alium virum spiritualem domus, & perfectum adire, qui aut magistrū omnibus propositum adiuet, aut quod ipse minus potest, suppleat, aut pro maiori animae consolatione ab ipso dicta conformet. In quo, priusquam vltra progrediar, ea charitatis audacia, quae neminem

palpat,

palpat, & nemini etiam onerosa est, religionem prælatos (quod alibi ex professo faciam) sui muneris ad-monebo. Nam ipsi pro munere sibi demandato, non æconomi sunt, non domus ædificatores, non ciuitatis, in qua degunt, gubernatores, non principum familiarum, non (quod magis est) aut concionatores, aut animarum secularium, nisi in eo quod sine detrimento sui officij possunt, adiutores, sed sunt prælati, id est, spirituales religiosorum patres & medici, ab omnibus aliis curis expediri, vt possint eorum perfectioni procurandæ vehementer insistere, & eos in rebus spiritualibus gubernare. Quare vt aliquem nunc ex patribus ad confirmandum adducam) beatus Ephraem qualitates prælati, & munus exponens, sic ait; Ideoque cum, qui cæteris præest, conuenit, & peritissimum esse, & ad consulendum saluti subditorum vigilantissimum: vtque singulorum obseruet incessum, motum, gestum, ac habitum, adhibita etiam debita earum rerum correptione, quæ minus conueniunt. & vt ad optimum ea statum formamque reducantur. Præceptores enim non solum elementorum scholaribus ostendunt figuras, sed & minima quæque puncta, distinctionesque proponunt. Atque sic oportet, prælatum, nihil quantumuis minimum, quod ad salutem pertineat, omittere, quin fratribus proponat: non præmittendo etiam supplicia negligentibus parata, vt eo velut muro aliquo culpam omnem ab innocentibus procul arceat. Atque ita Lupi pastoris diligentiam considerantes, rationalium ouium gregem fugiant. Ioannes verò Cassianus non tam id ipsum dicens, quàm vt certissimum præsupponens. Prælatum ait in omnibus virtutibus perfectum esse oportere, qui, quod alios docturus est, prius vita & actione probauerit. Eius verba sunt: Ideoque nullus congregationi fratrum præfaturus eligitur, priusquam idem, qui præficiendus est, quod obtemperaturis oportet imperari, obediendo didicerit: & quid iunioribus tradere debeat, institutis seniorum fuerit affectus. Bene enim regere, vel regi, sapientis esse pronunciant, summumque donum, & gratiæ sancti Spiritus esse definiunt. Nam neque salutaria præcepta quæpiam posse obtemperatibus præstitueri, nisi qui prius vniuersis virtutum disciplinis fuerit instructus: nec obedire quemquam seniori posse, nisi eum qui consummatus timore Dei, & humilitatis fuerit virtute perfectus. Videant ergo prælati quod munus susceperunt, & sua studia & occupationes aduertant. Si enim cura subditorum postposita, aut secularium negotiis, aut magnatum visitationibus, ac colloquiis, aut immeritata sollicitudine rerum temporalium inhereant, non suo muneri satisfaciunt, sed supremi Pastoris, qui eis oues suas commendauit, indignationem incurrunt. Non putent officium prælati esse, sicut officium secularis gubernatoris, qui solam externam reipublicam pacem respicit, publica scandala, & mutuas iniurias subditorum corripit, & nihil amplius requirit: sed est munus spiritualis patris, & medici, qui non corpora sed animas subditorum regit, & curat, non tantum exteriorum religionis pacem, aut externam statutorum obseruantiam, sed multo magis internam animarum perfectionem, & omnis virtutis affectionem procurat. Sibi itaque subditos verissimo & tenerimo amore prælati deuinciant, quo ipsi suas conscientias securè aperire audeant, & bona, & mala, tristia & aduersa propalare. Frequenter eos, & amanter de rebus spiritualibus alloquantur, modum viuendi, & in spiritu proficiendi, quem habent non vt seueri iudices, sed vt amantissimi patres, ad iuuamen & consilium afferendum interrogent. Sordidos adhibito remedio confessionis, & salutaris penitentiarum; laues, aridos, & de-

Ephraem.  
li. de vita  
spirituali  
ad nouit.  
n. 36.

Cassian. li.  
2. de inst.  
c. 3.

A solationem patientes, monitis ad perseuerandum, & consolationem expectandam, rigent; saucios inordinatis affectibus doctrina mortificationis curat. Propria voluntate rigidos studio obedientiæ flectant: tepore aut segnitie frigidus, instrumentis deuotionis foueant: prauis opinionibus errantes, & quod noxium est, salubre astimantes, spirituali disciplina propolita regant. Incipientes, lacte; proficientes, solidiori cibo, perfectos, suauissimo contemplationis alimentum reficiant, & in hoc toti positi sint, vt impedimenta virtutis arceant, & omnes in perfectionis studio promoueant. Modum (vt credo) huius tractationis in admonendis Prælati excessimus, quibus integrum tractatum iusta magnitudinis præparamus; nunc ergo illis prætermittis, ad id, vnde digressi sumus, nostrarum stylos reuertatur.

B Religiosus igitur, qui vult in virtute proficere, & ad perfectionem non lentis passibus festinare, se infirmum, iter agentem, militem, discipulum, infantulum, & regis alicuius familiaritatem ambientem existimet, & quod isti omnes faciunt, vnus ipse perficiat. Si ægrotus est, medicum querat; si iter faciens, ductorem inquirat; si miles, imperatorem sequatur; si discipulus, magistrum auscultet; si infans, vbera matris sugat; si diuinæ familiaritatis ambitiosus amator, illius qui personam regis agit, a quo doceatur regi placere, colloquium, & monita non aufugiat. Ista omnia similia, si explicentur, aperte manifestat, quanti momenti sit ad perfectionem assequendam, imò & ad aliquam securitatem in via Dei habendam, prælato, aut patri spirituali quemque religiosum seipsum ostendere, & vniuersa secreta cordis aperire. Illi enim, id est, prælato, vt patri, & vt medico defectus omnes nostri à nobismetipsis aperiendi sunt, & nihil nunc de sacramento confessionis loquor, sed de secreto infirmi cum medico & filij cum Patre colloquio passiones, affectusque pandendi, omnes tentationes, & molestias propalanda. Illi clarissime, & sine ambagibus explicandum est, quomodo defectus superemus, quo pacto affectus mortificemus, quamam ratione tentationes vincamus. Illi dicendum est cuiusnam virtutis amor nos teneat, quæ studiosa exercitatio delectet, quem profectus, aut perfectionis gradum mens nostra (vt putamus) obtineat. Cum illo tractandum est, quem modum in oratione, & meditatione seruemus, quas in ea consolatione experiamur, quanta attentione, aut mentis distractione horas recitemus, quo afflictionis genere corpora nostra ducemus, & quibus impedimentis à perfectione retardemur, aut quorum mediorum vsu amplius proficiamus. Tandem, quicquid in anima malum, aut bonum est, quicquid lætum, aut triste, quicquid manifestum, aut dubium, siue illud magnum, siue parum sit, aut prælato, aut patri spirituali pandatur: & tota nostra conscientia ita aperta sit ei, ita clara, & detecta, vt ille melius quàm nos ipsi (si fieri possit) eius qualitatem agnoscat, & omnia mala & bona peruideat. Quod sanè saluberrimum documentum beatus Vincentius, (quem Ioannes Gerson ad huc viuentem, à Ioanne prædictum Angelum putat, qui accepta corona exiuit vincens, vt vinceret): tanta exaggeratione proponit, vt vix sine illius custodia alicui perfectionem concedat. Is namque beatissimus pater, magnus prædicator, & ordinis Prædicatorum decus, in aureo illo tractatu, de vita spirituali sic scribit: Sciendum est, quod homo facilius & in breuiori tempore, possit ad perfectionem pertingere, si haberet instructorem, cuius regimine duceretur, cuius obedientiam in omnibus actibus, paruis, & magnis totaliter sequeretur, quam aliquis possit seipsum perficere quantumcumque; vigeat acumine intellectus,

Gerson. 1.  
p. epist. ad  
Vincentium.

Vincen.  
tract. de  
vita spiri-  
tualis.

& libros habeat, in quibus videat virtutum omnium  
 structuram exaratum, imò plus dico, quòd numquam  
 Christus suam gratiam ministrabit, ( sine quo nihil  
 possumus ) si homo habet, à quo possit instrui, & de-  
 duci, & negligit, vel non curat alterius ducatum am-  
 plecti, credens sibi sufficere, & per se posse inuestiga-  
 re, & inuenire quæ sunt vtilia ad salutem. ] Is sanè ( vt  
 nunc alia istius sanctissimi Patris dicta præteream ) in  
 hoc Salutarem nostrum sequutus est præceptorem,  
 & non tã dictis quàm factis huius doctrinæ attesta-  
 torem. Paulum enim ( & cùm Paulum nomino Ecce-  
 sia totius Doctore & Anglicam tubam nomino ) in  
 conuersionis exordio noluit per seipsum edocere, sed  
 ad hominem misit, à quo salutis doctrinam audiret.  
 Nam Paulo dicenti: Domine: quid me vis facere? non  
 respondit Dominus, hæc & hæc facias. Sed quid? Sur-  
 ge, & ingredere ciuitatem, & ibi dicetur tibi, quid  
 te oporteat facere. ] Eo autem Damascenorum ciui-  
 tatem ingresso, Ananiam non maiorem, nõ æqual-  
 em, sed inferioris virtutis, inferioris meriti, inferioris  
 status, excitauit, qui Paulum de omnibus erudiret. Si  
 doctorem, si Apostolum, si totius Ecclesie patrem  
 Christus ad hominem misit, à quo Dei voluntate au-  
 dierit, putamus nos prælatum habentes; & spiritua-  
 lem magistrum prope cellam nostram videtes, sine eius  
 ministerio posse proficere? Eramus, & nos ipsos falsa  
 persuasione decipimus. Vnde Laurentius Iustinianus  
 eandem doctrinam astruit, ita scribens: Omni sedu-  
 litate exercèdi sunt in religione rudes, ne pereffluant,  
 ne torpeant, ne obdurescant, ne suo innitantur sen-  
 sui, proprioque ducatur arbitrio: sed tamquam di-  
 uino oraculo, suo in omnibus credant pædagogò, &  
 ipsius in cunctis obtemperent voluntati. Nolint dis-  
 cernere quare, sed quid præcipiat: illo neminem iudi-  
 cēt sanctiorē prudentiorēque; ipsum purè diligant,  
 ipsum venerentur: ipsi tota deuotione famuletur. Ape-  
 riant deniq; illi simpliciter, ac sine excusatione om-  
 nes cogitationes suas, intentiones, desideria, dicta, &  
 gesta. Ad eundem accurrant frequenter, veluti ad  
 nutricem infans, vt ab illo doctrinæ & cõsolationis sus-  
 cipiant nutrimenta, atq; spirituali lacte pascantur. Ab  
 eo erudiantur qualiter, quando, & vbi orare debeant,  
 quid meditari, quid legere, quid operari. Similiter  
 quantum dormire, quantumque eos abstinere liceat,  
 in eo omnino sit eorum velle, & nolle, atq; vniuersa  
 ( si possibile est ) ad imperium peragant præceptoris.  
 Hæc profectò, si fideliter adimplebunt, lætante in-  
 cedent, securè quiescent, diligenter à cunctis, ab An-  
 gelis protegentur, & visitabuntur à Domino. Nihil il-  
 lis apparebit asperum, nihil arduum, nihilq; impossi-  
 bile. Sine oculis vtiq; replebuntur lumine, sine discre-  
 tione ornati erunt sapientia, sine voluntate erunt pro-  
 fecti gratia, eo abundantiori, quo liberius se subiciēt,  
 nec non pro Christi amore ardentius abnegabunt se,  
 nihil sibi penitus reseruantes. Licet autē sententia hæc  
 solis tyronibus dicta videatur, ea tamē communē ef-  
 se, & omnibus viris spiritualibus conuenire Bernardus  
 manifestè proponit. Dum enim exponit illud: In-  
 uenerunt me vigiles, qui custodiunt ciuitatem, ] hæc  
 ait: Audiant qui sine duce, & præceptore vias vitæ in-  
 gredi non formidant. Ipsi sunt in arte spirituali existi-  
 tes, & discipuli pariter, & magistri. Non sufficit hoc,  
 etiam coaceruant discipulos sibi, cæci duces cæcorum.  
 Quàm multi ex hoc à recto tramite periculosissimè  
 aberrasse comperti sunt? Nimirū ignorant astutias  
 Satanæ & cogitationes ipsas, factum est, vt qui spiri-  
 tu cõperant, carne cõsumantur, abducti turpiter,  
 lapsi damnabiliter. Videant proinde qui eiusmodi  
 sunt, quo modo cautè ambulēt, & de sponsa exemplū  
 sumant, quæ non prius ad eum, quem desiderabat,

AA. 9.

Iustini.  
1. de obe-  
dient. c. 20.

Bern. ser.  
77. in  
cant.  
Cant. 3.

A vilo modo valuit peruenire, quàm sibi occurrerent  
 quorū magisterio vreretur ad cognoscendum de dis-  
 lecto, certè ad discendum timorem Domini. Seducto-  
 ri dar manum, qui dare dissimulat præceptorii.]  
 Id autē non erit creditu difficile illi, qui supra di-  
 similia diligenter expendit. Si enim omnes infirmi  
 sumus, ea aliquorum peccatorum ægritudine, quæ  
 non corpus afficit, sed mentem affligit, profectò me-  
 dico indigemus, cui, vt ab illo remedium accipiamus,  
 vulnera debemus aperire, & infirmitates nostras, id  
 est, imperfectiones defectūque monstrare. Nam qui  
 abscondit scelera sua non dirigitur; qui autem con-  
 fessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam cõsequetur.  
 ] Et Cyprianus ait: quod ignorat medicina nõ fan-  
 nat. ] Quomodo ergo aut prælati aut spiritualis pater  
 defectibus nostris medebitur, quos imprudenter  
 celamus, & ab oculis eius abscondimus? Nec satis erit,  
 si vnam imperfectionē, vñ defectū, vñ affectum  
 inordinatū medico nostro pandamus, si reliquos, qui  
 aut maiores sunt, aut scēdiore tacemus; quoniam solū,  
 quē ipse sciuerit, aut quoquomodo deprehenderit  
 defectū curabit, quos verò ignorauerit, sine reme-  
 dio, ac medicamento relinquet. Imò periculosū est,  
 sed certissimā sibi mortē asciscet. Nā medicus febriū  
 aspiciens, & nihil de cruditate cogitans, sanguinē mi-  
 nuet, post quā minutionem nihil ægroto superest, nisi  
 de rebus suis citò disponere, & præcipere sibi sepal-  
 chru aperiiri. Ita si pusillanimitate simul, & superbia  
 laboramus ( vt aliquod exemplum adducam ) & istam  
 abscondimus, & solam illam patefacimus, ea remedia  
 afferet spiritualis medicus, quæ superbiam non cogni-  
 tam, ita augeant, vt nos in gehennam ipsam protur-  
 dat. Si omnes viatores sumus, & viæ cuiusdam, carni  
 & sanguini angusta, & à paucissimis frequentata ( nā  
 arcta est via, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui in-  
 trant per eam ) huius viæ ductorē queramus, ne à cu-  
 pito termino insipienter aberremus. State super vias,  
 dicit Dominus per Ieremiam, & videte, & in interroga-  
 te de semitis antiquis, quæ sit in via bona, & ambula-  
 te in ea; & inuenietis refrigerium animabus vestris. ]  
 Mūdus enim iste est instar agri latissimi, innumera-  
 bilibus viis, & semitis occupati, quarum multæ anfra-  
 ctuosæ sunt, & in præcipitiū ducetes, aliæ verò rectæ,  
 & locū amonū suū cursum terminantes. Istarū autē  
 hæc vni cõgruit, hæc alteri, neq; omnibus hominibus  
 vniuersa conueniunt. Qui vult itaq; nõ errare, stet su-  
 per vias, & super omnia, ac super diuersas cõuersandi  
 rationes, antequā earum quilibet ingreditur: inter-  
 roget ductorem, id est, magistrum, aut prælatū suum,  
 quæ nā sint semitæ antiquæ, quas primi vitæ religio-  
 se fundatores triuerūt: interroget etiam, illarum quæ-  
 nā erit sibi via bona, & suis viribus, suæ capacitati, &  
 suæ vocationi conueniens, & in ea ambulet diligēt,  
 & aliā non querat, non cupiat, imò nec respiciat qui-  
 dem, & sic propriæ mentis refrigerium inueniet. No-  
 luit Iosias pius & sanctus rex, credere ei, qui loque-  
 batur ex ore Dei, & suo spiritu ductus, & bono ( vt vi-  
 batur ) zelo incitatus, perrexit in prælium aduersus  
 Neco Regem Ægypti, & sagittis vulneratus occu-  
 buit. ] O quoties viri spirituales, aut qui spirituales  
 putant, hæc Iosia calamitatem experiuntur, dū nõ ac-  
 quiescentes seniorū cõsiliis, volūt negotia supra vires  
 aggredi, & se indiscretis asperitatibus onerare, & cū

Prou. 28.

Cyprian.

Mat. 7.

Ierem. 6.

2. Par. c.  
35.



minus cogitant, damnum suae praesumptionis sentit, & viribus destituti, oneri praesumptuose accepto, luctuose succumbunt. Non semel profecto hunc America latissimum tractum, multis variisque itineribus peragrans, incognito & rudissimo Peruano me commisit, & ductorem libenter sum sequutus, a quo vias, quas nesciebam, satis periculosas addiscerem, & dum illum sequebar, meam stupiditatem, & aliorum similitum admirabar, qui vias caeli interdum difficiliore cognita, & si errentur periculosiores, sine ductore confidenter ingredimur, & habentes magistrum non rudem, sed satis idoneum, & in rebus spiritualibus instructum, eius consilium aspernamur.

Ephes. 6.

Prov. 11.

Dorothei Docteri.

Job. 24.

Job. 24.

Nos etiam milites sumus, & si forte duces, atque prelati, tales sumus comparatione subditorum, non vero respectu animarum nostrarum. Colluctatio est nobis non aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus spirituales nequitias, quas saepe nos ferientes & vulnerantes non videmus. ] Quae igitur ignorantia est, imperatoris, id est, spirituale magistrum non sequi, eius admonitionibus non parere, & cum equissimo hoste sine huiusmodi praesidio decertare? Certè de his foliis, qui praepositoris consilium in accipiendi bello subire detrectat, facile diabolus sibi victoriam promittit. Quare in Proverbiis scriptum inuenimus. Vbi non est gubernator, populus corrumpitur: salus autem, ubi multa consilia. ] Quae locum tractans beatus Dorotheus satis efficaciter periculum sine ductore pugnantium detegit, & necessitate spiritualis ductoris exponit. Cauere nos admonet, inquit, ne nosmetipsos informemus, ne nos scios habeamus, ne persuadeamur esse nos satis nobis ad regimen nostrum. Opus enim nobis est auxilio praeter Deum, opus coadiutoribus. Nihil est miserabilius, nihil quod citius expugnari queat, his, qui nullos duces, nullos auctores habent ad viam Dei. Aut enim, quibus non est gubernatio, decidit ut folia. Foliu à principio sepep viris, semper germinans semper delectabile est, non multo post arefcit, & laequet, & cadens cotemnitur & concalcat. Talis homo est, qui à nemine regitur. A principio feruētissimus ad ieiunia, ad vigilias, ad quietem, ad obedientiam, & ad quaecumque, caetera bona. Paulo post extincto eo seruire, si nullu habuerit sui gubernatoris aut fotorem, qui extinctu igne suscitet, & accendat, desiccatur, & cadit, ac demum destitutus ab hostibus suis captiuus trahitur, qui ut voluerint, in ipsu grassatur. Haec ille, & optime. Quonia inuisibiles hostes, ut est in Iob, quasi onagri in deserto egrediuntur ad opus suu, ] ad deceptionem scilicet animarum nostraru, quas si desertas non inuenissent, & ope ductoris destitutas, eas nullatenus debellarent. Audi inuisibile hoste spiritus sancti in eodẽ volumine descriptu. Oculu adulteri obseruat caliginẽ: dicens, Non me videbit oculus: & operiet vultu suu. Perfidit in tenebris domos, sicut in die opudrat sibi, & ignorauerit lucẽ. Si subito apparuerit aurora, arbitratur vmbra mortis; & sic in tenebris, quasi in luce ambulat. ] Aptissime quidem diabolus adulter dicitur, quia animas Deo consecratas auertere nititur, & ad sua consilia pertrahere. Hic adulter aperit vultu suu, du nequitia sua alicuius boni velamine cotegit, & dicit, non me videbit oculus, quia notitia prelati, aut magistri spiritualis fugit. Si tenebre sunt, si anima caliginẽ amet, & sua interiora ab oculo patris abscondat, tunc Diabolus perfidit domu eius, & conscientia prelato oclusa sibi aperit, ut eam ingressus, quaecumque inuenerit bona, diripiat. Sed quid est sicut in die condixerant sibi: Anima huius irruptionis, huius spoliationis est participes? Ita profus. Na iam simul aduersarius, & anima, eo ipso quod ista laqueu sibi paratu non detegit, in exitu virtutis aperte conueniunt, iam lucem auersantur,

A iam tenebras amant, iam in caligine abstrusa conscientiae ambo praebent delicto consensum. Hoc malum satis lugendum incurrimus, si soli pugnare volumus, & tendiculas diaboli celare praesumamus.

Non solum milites, verum etiam discipuli sumus, & illius disciplinae, quae sicut omnibus praestat dignitate, & ita difficultate praeminet. Difficillima namque est perfectionis disciplina, homini in peccatu lapsu, & non in sola speculatione, sed multo magis in actione sita cognoscitur, & eius adeptionem caecitas nostra, peccata nostra, vitia nostra, & inordinatae affectiones impediunt. Si autem alias disciplinas humanas, nullo modo sine ductore perdiscimus, quae dementia erit velle sine magistro diuinam sapientiam addiscere, & omnium virtutum doctrinam obtinere? Si patrem spiritualem non quaesieris, o religiose, aut tibi vltro oblatum audire neglexeris, gemes in nouissimis, ut verbis Salomonis tantisper immutatis utar, quando consumperis carnes tuas, & corpus tuum, & dices: Cur derelictus sum disciplinam, & increpationibus non acquieuit cor meum, nec audiui vocem docentium me, & magistris non inclinavi aurem meam? Merito id dices, & iure oprimo gemes, quoniam neglecto spirituali magistro, tempus elapsu, & corpus aetate consumptu, atque animam vix tyrocitium vitae spiritualis excedentem inuenies. Et enim, ut Cassianus ait, cum omnes artes, ac disciplinae humano ingenio repertae, & quae nihil amplius, quam huius vitae commodis profunt, licet manu palpari queant, & oculis perueri, recte tamen à quocumque sine instituentis doctrina nequeant comprehendere; quam ineptum est credere, hanc solum non egere doctore, quae & inuisibilis, & occulta est, & quae non nisi corde purissimo perspicere poterit, cuius error non temporale damnum, nec quod facile reparetur, sed animae perditionem parit, mortemque perpetuam? Ex quo intelligimus, quantum ille à Domino beneficium recipiat, qui ab initio conuersionis suae nouit istud documentum custodire, & magistro spirituali seipsum sincere manifestare. Habet enim non solum adiumentum proficiendi, sed etiam apertum efficitur, ut possit in via spiritus alios instruere. Vnde illi tamquam fideli seruo conuenit non ineptè, quod Isaias de Domino est prolocutus. Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut sciam sustentare eum, qui lassus est verbo: erigit mane, mane erigit mihi aurem, ut audiam quasi magistrum. ] Nam ille, cui Dominus à conuersionis exordio aperit aures, ut eum non per se, sed per os patris spiritualis loquentem audiat, ita solet ad fastigium virtutis ascendere, ut possit lassos & fatigatos, & penè tristitia submersos, solo verbo & efficacia sermonis erigere. Sicut autem non tantum discipuli magistro indigent, sed etiam ipsi magistri & scientiarum humanarum doctores, mutuo auxilio saepe indigent, & solent in vnu conuenire, ut inter se de rebus difficillimis conferat & absconditissimas veritates eruat: ita vtilissimum est viris quoque spiritualibus & in virtutibus & studio orationis apprime exercitatis, de statu animae suae cum aliis conferre, & illorum iudicio proprium submittere. Hoc enim maxime ad augmentum humilitatis valet, quam Dominus semper illuminat, & ad magnam perfectionem extollit.

Prov. 5.

Cassian. col. 2. c. 51.

Isaia 50.

B

C

D

E

Sed quid ego nunc humilitatem praetendo? Verè omnes tam rerum spiritualium discipuli, quam magistri in his rebus, quae ad animam pertinent, quasi infantes sumus, & multis ignorantis inuolui mur: cum ergo alium auscultamus, & alicuius viri spiritualis ductum sequimur, non nos immoderate deijcimus. More itaque infantium, qui in omnibus consiliu



matris exquirunt, in nulla re de nostro iudicio confidamus. Sed vniuersa magna, & parua, alicuius momenti, vel nullius, si commodè possumus, prælari, aut magistri consilio examinamus. Id verò in studio orationis maximè operæ pretium est. Cùm enim oratio sit quoddam familiare colloquium, & quædam intima amicitia cum Deo, nemo debet sine adiutore ad tam arduum negotium, & ad tantam dignitatem aspirare. Quis mihi tribuat auditorem, inquit sanctus Iob, vt desiderium meum audiat Omnipotès, quasi ad hanc consequendam desiderij exauditionem, auditorem, qui necessitatem eius audiat, & adiuet eum, petens, atque requirens. Ars autem orationis, ars desideriorum est, qua apud Dominum non tam vocibus quàm desideriis clamamus, & percipere desiderata cupimus. Queramus cum isto sancto viro auditorem, qui nostras difficultates in hoc itinere quotidie se offerentes audiat, & adiutorem, qui suis consiliis nos instruat, vt ab eo orare & desiderare discamus, & à Domino nostri desiderij effectum impetremus. Illud postremo in hoc documento aduertendum existimo, quòd quisque ita omnia, quæ ad se pertinent bona & mala prælato, aut magistro spiritali patefaciat, vt tamen magna circumspectione ab oculis aliorum abscondat. Si enim mala sunt, soli medico sunt aperienda. Nam si vlcus, aut morbum fœdum, & fœtidum soli medico, & non sine rubore, manifestas, & coram aliis etiam amicissimis, si possibile est, illum prudenter dissimulas; quare æquum iudicabis, morbos occultos animæ tuæ passim omnibus, aut amicis aperire, qui ex eorum conspectu aut scandalum, aut nonnullam offensionem capient, & seipsos forassis ad imitandum inducent? Si autem bona, soli etiam præceptorum pandenda sunt, vt ea examinet, & suo consilio & admonitione promoueat: alij verò omnino ignorent, quæ scita nos ad inanem gloriam, & ad superbiam impellēt. Vtrumque Basilis apposuissimis similibus in hunc ferè modum declarat. Etenim si vbi de corporum curatione agitur, in remedio ægris adhibendo, non temere quemvis medicamento ferramento vt videmus: sed illos tantummodo, qui medendi artem tenent, quam & à peritis autè didicerint, ac doctrinæ multiplici experientia, & assidua ipsi postea secum meditatione expoliuerint, & longinqua exercitatione longinquoque vsu confirmauerint: quæ ratio permittit, vt ad curationem eam, quæ sermone adhibetur, nulla habita electione, temerè quiuis, qui vult, assiliat: qua in re rei vel minimæ prætermissio maximè afferre detrimentum solet: Apud quos etiam ne panis quidem distributio quibusuis temerè permittitur, sed munus huiusmodi administrandi panis vnus cuiusdam est, ad què illud de communi aliorum sententia delatum est: qui non multò maiore cum delectu, ac cautione hoc in danda petentibus esca spiritali obseruari conueniat? Videlicet, vt munus hoc peculiare sit alicuius, qui melius id ipse præstare possit, quàm ceteri? Ex quo intelligitur animi esse valdè sibi præfidentis, cum quis de aliquo iudicio interrogatus intrepidè sic temerèque audeat respondere, neque digitum ad illum intendant, cui huiusmodi dispensandi sermonis munus delegatum sit. Qui quidem ea re, quòd fidelis esset dispensator, & prudens, idcirco delectus est, vt spiritalium cibum tempore distribueret, sermoneque suos in iudicio dispenseret. Consilium ergo Ecclesiastici in omnibus, sed præcipue in rebus animæ seruandū est. Multi pacifici sunt tibi, & consiliarius sit tibi vnus de mille. ] Et item illud Isaia: Secretum meū mihi, secretū

Iob. 31.

Basil.  
reg. 45.  
Eiususue  
dispnt.

Eccles. 6.

Isaia 24.

meum mihi: ] Vt occulta bona mea, & miseras meas solum ego scia: & ille, qui mihi in magistrum, in præceptorè datus est: ceteri verò me exterius iuxta præceptū regulæ videntem videant, quæ verò interiora sunt minimè per meam imprudentè locutionè agnoscant. Ille autem (& iste est prælator, aut spiritalis magister) quem loco mei habere debeo, omnia mea siue mala, siue bona comperiat. Mala, vt corrigat, vt amenter reprehendat, vt emendet: bona, vt examinet, vt dirigat, vt ad debitum incrementum adducat. Ita fiet, vt in via spiritus incedam ( quantum fieri potest) in hac mortali vita securus.

*Religiosus Magistro perfectionis in omnibus obediat.*

CAPVT XIII.

**C**ONSCIENTIAM prælato, aut magistro spiritali aperire, quid proderit, si non hanc rerum interiorum manifestationem animi submissio, ac prompta obedientia sequatur? Certè nihil: sicut nihil prodest ægroto, si medicum querat, & ei suas ægritudines pandat, quicquid verò præscripserit, subire contemnat. Imò hic peius, quàm ille, qui patris spiritalis consilium numquàm audiuit, & danabilis errabit, quoniam non sola ignorantia, sed quodammodo ex contemptu, aut saltem ex proteruita delinquit. Ideoque Dominus ait: Seruus qui cognouit voluntatem domini sui, & non fecit secundum voluntatem eius, vapulabit mulus. Qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. ] Nam si pœna delicto æqualis est, peccauit quidem ille, qui aliquam pœnam commertit; sed amplius peccauit qui pœnam acerbiorè sustinuit. Debet igitur religiosus perfectionis cupidus (& quod religioso dicitur, omnibus seruis Dei dictum putetur) non solum prælato, aut spiritali magistro conscientiam cū magna sinceritate detegere, non solum eius horrationes, & monita reuerenter auscultare, sed in omnibus ei promptè & diligenter obedire. Obediat primum ei in modo, quem ipse dicitauerit, declinandi à malo: & ea remedia aduersus peccata, & defectus suos, ea medicamina aduersus vitia, & passiones suas, eam rationem se abnegandi, & contra diabolum pugnandi suscipiat, quæ ipse præscripserit. Multos vidimus medicamentis proprio arbitrio, aut imperiti hominis consilio, in morbi remedium acceptis perisse, & plurimos remediis à perito medico decretis, multam salutem comparasse: ita & non sine dolore vidimus multos, propria voluntate ductos, in magnas, & inextricabiles diaboli fallacias lapsos, & nullum si bene meminimus, qui prælati, aut magistri spiritalis imperio regatur, actu aduersarij omnino deceptum. Scit spiritalis magister, pro luce sibi diuinitus data, tum morbi grauitatem, tum remedij efficaciam, tum etiam infirmi, aut imbecillitatem, aut firmitatem cognoscere, & ea medicamenta spiritalia applicat, non tantum quæ sint morbo contraria, sed quæ infirmi pusillanimitas sine detrimento sustineat. Ipse videt, quæ æger, aut affectu immoderato captus, aut timore cæcus, aut afflictione oppressus, non videt, & morbi radicem excindens illud sanat, quod patientiam desperatum, & insanabile videbatur. Vnde quidam ægrotus ait: Quoniam circumdederunt me mala, quorum non est numerus; comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui vt viderem. ] Quid est, non potui, vt viderem: nisi non potui, quia nesciui, quia ignorantia circumdatus fui, medicamentum meis iniquitatibus adhibere, & aptum illis remedium aspiciere? Quod autem ægrotus non vi-

Luc. 12.

Psal. 39.

Ecl. 38.

der, quia cæcus est, quod præstare non potest; quia multis impedimentis inuolutus est prælatus, aut magister ad hoc munus destinatus, & vidit apertè, & facillimè præstitit. Meritò proinde Ecclesiasticus monet, vt manum medici nos curantis admittamus. Fili, inquit, in tua infirmitate ne despicias te ipsum, sed ora Dominum, & ipse curabit te. Auerte à delicto, & dirige manus, & ab omni delicto munda cor tuum. Da suauitatem, & memoriam similaginis, & impingua oblationem, & da locum medico. ] O quam apta salutis assequendæ remedia, quæ omnia diligenter adhibenda sunt, vt perfectam animæ salutem, quam quærimus, consequamur. Primum, ne despiciamus nos ipsos; & ille se despicit, qui vt vanis desideriis satisfaciat, animæ salutem negligit. Secundum, vt oremus Dominum: nam ipsius qui fecit nos, est etiam suum opus reficere, & oratione impetrante, quod ceciderat, reparare. Tertium, vt auertamus nos à delicto, quod tunc fit, quando de peccatis à nobis admissis dolemus, & ea sincerissimè confitemur, & quæ odio dignissima sunt, ingenti odio detestamur. Quartum, vt dirigamus manus, id est, ad bona opera faciendâ dissoluamus, quia cum otiosi esse non possimus, & si possumus ipsum otium malum sit, oportet bonis operibus inharere, si volumus, vt mens nostra malis abstineat. Quintum, ab omni delicto corda mundemus; quod tunc fit, cum non solum per veram detestationem ipsum peccatum, sed etiam per abnegationem peccati radicem euelimus. Si enim radix peccati, id est, vitium in corde remaneat, & affectus nec dum mortificatus existat, ipsum cor mundum plenè non est, quod radix immunditiæ coinquinat. Sextum, Demus suauitatem, scilicet oblationes & sacrificia nostro Creatori suauia, & præcipuè illud Eucharistiæ suauissimum sacrificium, quod & Deum placat, & curiam cælestem ad nostri miserationem provocat, & perseverandi gratiam impetrat. Septimum, vt memoriam similaginis offeramus, quod tunc profectò facimus, cum pro acceptis beneficiis gratias referimus: qui enim ingratus inuenitur, meretur donis acceptis privari. Octauum: vt oblationem impinguemus, hoc est charitatis pinguedine operamur libemus, ne Dominus oblata tamquam mucida, & suo conspectu indigna reiciat. Postremum, quod ad rem nostram facit, & reliqua veluti complet, & perficit, ne scilicet animarum medicum, & spirituales magistrum despiciamus. Et sapienter hoc remedium extremo loco positum est, quoniam magister docet nos nequaquam nosmetipsos despiciere, Dominum deprecari, peccatum abiicere, eius radicem euellere, manus ad bonum dissoluere, beneficia commemorare, & salutis oblationes offerre. Ab eo ergo discendum est, quo pacto peccata, & mala omnia fugiamus.

Multi verò sunt, quibus facile est in vitandis imperfectionibus prælatum sequi, aut spiritualis magistri præceptis vel monitis obedire, at in affectatione boni malunt seipsos regere, quam præceptoris dictis obtemperare. Videas illos sui ipsorum regimen, & gubernationem suscipere; sibi longa orationis, meditationisque spatia præscribere, ad multas preculas recitandas adgere, indiscretis ieiuniis, vigiliis, & asperitatibus corpus conterere, & præter communem religionis ordinem, quemdam vitæ modum singularem excolere. Quibus si prælatus contradicat, si spiritualis præceptor obstat, si quod bonum esset, suadeat, contristantur, obmurmurant, & eum tepidum hominem, & carnalia

tantum sapientem iudicant, & non acquiescentes consiliis eius in cœpta suæ vitæ ratione perseverant. Neque hic consummatur diaboli astutia, sed ultra progreditur, nam magister humilis, & de seipso modestè sentiens, interdum scrupulis impeditus, & pusillanimitate ligatus, discipulos ad libitum permittit viuere, neque audet, quæ sancta & perfecta videntur suis monitionibus impedire. Optarem quidem hoc loco, cum hoc & similibus prælatis aut magistris spiritus exostulare, qui homines vanissimos, & superbissimos non corrigunt, & specie maioris perfectionis delinquentes, à diaboli fallacis nõ abducunt. Et tantò magis id optarem, quanto in hac pusillanimitate maximum damnum esse cognosco. Iti enim miseri, qui seipsos regendos susceperunt, indiscretè se onerant, vt qui spiritu cœperunt, tandem carne consumuntur. Imprudenter, & contra ordinem asperitate vitæ corpus conficiunt, vt post duos, aut tres annos in ægritudinem, atque ex ea in tepiditatem lapsi, non iam religiosè, sed sæculariter viuunt, non iam rigidè, sed delicatè, & laurè se palpant, & aliis rem considerantibus, mortificationis timorem incutiant. At relinquamus nunc prælatos, & perfectionis magistros, & discipuli satis insipientes, & satis aliquando isto errore decepti, cum discipulis alloquamur. Et vos magistros vestros iudicatis; & vos maiori sapientia spirituali, quam illi polere existimatis: & vos cordis vestri sententiam prælati definitionibus antepohitis: & vos quia ieiunium bonum est, & quia vigilia sanctæ sunt, & quia cilicium, & alia similia ad virtutem pertinent, ea sine ordine, & sine obedientia sumenda putatis; & vos in rebus bonis prælati iussis obtemperare negligitis: & vos vltro in manus aduersarij vos iridentis & decipientis conicitis: Scit enim ille verisipellis cum malis apertè confingere; & peccati delectatione prosternere; scit etiam bonos virtutis specie decipere, & sub prætextu sanctitatis in ignauia baratrum deturbare. Nonne legistis Saulem, præter obedientiam immolantem, sacrificij causa reprehensum, & holocausti gratia damnatum? Quomodo dixit Samuel? Stulte egisti, nec custodisti mandata Domini Dei tui, quæ præceperat tibi. Quod si non fecisses, id est, si non immolasses, nunc præparasset Dominus regnum tuum super Israel in sempiternum, sed nequaquam regnum tuum ultra confurgeret. ] Et vestra orationes, & vestra ieiunia, & vestra asperitates victimæ sunt, fateor: sed non legistis: Melior est obedientia quam victimæ: & auscultare, magis quam offerre adipem arietum. Quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere. ] Quare ergo tam insipientes estis, vt corporis exercitationem vtilem quidem, sed ad modicum vtilem] vt dixit Paulus, sanctissima obedientiæ præponatis? Quare tam stulti, vt contra magistri præceptum corporis instrumentum, quod mortificandum est, non occidendum, ad omne virtutis opus inutile faciatis? Quare tam superbi, vt propriæ voluntati seruientes, & diuinæ repugnantes, cælum expugnare, & ad perfectionem venire putatis.

Hoc ergo secundum documentum spirituales viri custodiant, vt non solum in fuga mali, sed etiam in exercitatione boni, prælatis, aut magistris obediant, & eorū iussa perficere non prætermittant. Prælatus orationis spatium metiatur; prælatus ieiunia moderetur; prælatus vigilas succidat; prælatus cilicia, & flagella temperet; prælatus denique aut spiritualis magister, non tantum quæ agenda sunt, sed etiam (si fieri possit) in omnibus modis agenda, & procedendi

præscribat.

x. Reg. 13.

i. Reg. 15.

i. Tim. 4.

Basil. ser. comonitorio ad complexum monast. proposi.

Isaia 62.

Cassian. colat. 4. c. 20.

Osea 7.

Gen. 3.

præscribat. Nihil eo nesciente; & multo minus contradicente, aut prohibente exerceatur, ne diabolus nobis, aut minus sapientibus, aut proprio amore occæcatis illudat. Basilius profecto ita faciendum esse perspicue monet, dicens: Si Dei munere talem quempiam virum inuenieris, magistrum bonorum operum, hoc apud te constanter teneto, vt nihil omnino quicquam præter illius sententiam facias. Quicquid enim eo insciente facis, id furtum ac sacrilegium est, tibi que exitium, non autem vtilitatem vllam apportat. Esto, tu id bonum iudices. Nam si bonum est, quid ita clam fit, & non in aperto? Mentem tuam tute diligenter exquire, quæ falsa quadam specie boni compilare te studet, atque ex eo, nimirum, quod cum vtilitate aliquando non eius præceptis obtemperes, iter tibi ad res pessimas gerendas muniat. ] O quàm sapienter hæc? Aliquid sine patris spiritualis consensu præsumere furtum vocat, quia homo, qui iam non sui iuris est, sed Dei per religiosam professionem, seipso contra voluntatem prælati vitur, & eo ipso alienæ rei contractator efficitur. Sacrilegium appellat, quoniam rem Domino consecratam, id est, seipsum, irreuerenter tractat, qui contra præceptum magistri, cui à Deo commissus est, de suis actibus studiisque disponit. De quo non immeritò & illud Isaia accipi potest: Ego Dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam in holocausto. ] Religiosus quippe holocaustum Dei est, qui se totum Deo consecrauit, & nihil sui, nec bona externa, nec corpus, nec animam sibi retinuit. Ab hoc verò sui holocausto aliquid surripit, cum inscio, & reluctante prælato, rebus siue bonis, siue non bonis intendit. Quod Domino iudicium diligenti, & rapinam auersanti placere non potest. Et id forsitan indicare voluit Ioannes Cassianus, dum obedientiæ transgressionem siue admissionem mali, siue boni desiderio coarquat. Vnum sanè, ait, atque idem inobedientiæ genus est, vel propter operationis instantiam, vel propter otij desiderium, senioris violare mandatum: tamque dispendiosum est pro somno quàm pro vigiliantia monasterij statuta conuellere. Tantùm denique est abbatis transire præceptum, vt legas, quantum si contempnas, vt dormias; nec alius superbiæ fomes est, pro ieiunio fratrem, quàm pro refectione contemere: nisi quod perniciosiora, & à remediis longinquiora sunt vitia, quæ sub specie virtutum, & imagine spiritualium rerum videntur emergere, quàm illa, quæ ex aperto pro carnali voluptate gignuntur. ] Meritò inquam, dixi, Cassianum in his verbis rapinam in holocausto designasse. Nam si peccatum admittens fur dicitur, secundum illud Osee: Fur ingressus est spolians, latrunculus foris, certè bona, aduersante prælato, & aliud præcipiente, patrans, dum peccatum admittenti adæquatur, etiam aliquid ex eo, quod Deo consecrauit, surripere dicitur.

Licet autem demus hanc inobedientiam, quæ alicuius boni gratia concipitur, dummodò aut prælati, aut magistri contemptus desit, non esse tam malam, atque illa, quæ præceptum peccando transgredimur, at inobedientia est, quam (vel audito solo hoc nomine) debemus summis conatibus euitare. Si enim totius mali initium inobedientia fuit, quæ parentes nostri arborem vitæ prægustarunt, quis siue in malo, siue in bono inobedientiam non fugiat, quam Dominus post tot sæcula mirabili seueritate castigat? Nam omnia mala pœnæ, quæ nobis eueniunt, dum peccata à nobis ad-

A missa panniunt, quodammodo etiam illud primum peccatum, quod origo fuit istorum, percutiunt. Inobedientia est, causa alicuius boni nobis non præcepti, quod sine peccato valemus omittere, prælati, aut magistri spiritualis præterire mandatum: quia neque illi, cui debemus obedire, paremus, nec eius monitis, iussisque subicimur. Quia autem inobedientiæ non vnum tantùm malum est, sed multa, ideo hoc inobedientiæ genus multa secum affert incommoda. Illud enim bonum, quod prælato insciente & reluctante perfitur, Deo gratum non est, qui sicut inobedientiam ac superbiam contemnit, ita sola ea, quæ in omni bona actione continetur, obedientia delectatur. Quare Bernardus Bethaniam castellum Marthæ, & Lazari interpretari obedientiæ domum aduertens, audacter pronuntiat, quod nec studium bonæ actionis, nec otium sanctæ contemplationis, nec lacryma pœnitentis extra Bethaniam accepta esse potuerunt illi, qui tantam habuit obedientiam, vt vitam, quam ipsam perdere maluerit, factus obediens Patri vsque ad mortem. ] Deinde qui ita prætextu boni inobediens est, non solum nihil gratum efficit, verum etiam meritum eiusdem operis quod facit, & omissione eius propter obedientiam lucratus fuisset, patenter amittit. Et ad id confirmandum aliquid in reuelationibus sanctæ Bigithæ scriptum inuenimus: Dum enim illa ob interruptas de mandato prælati asperitatis corporis, mirum in modum tristaretur, apparuit Beata virgo, eique meritum obedientiæ aperuit. Qui enim, dixit, efficacem voluntatem ieiunij, aut alicuius pij operis habens, ob prælati mandatum omittit, meritum eiusdem operis omitti non perdit, & meritum aliud obedientiæ conquirat. ] Atque istud sit aliud inobedientis incommodum, quod ieiunio aut oratione contra obedientiam præsumpta, se spoliat, & merito etiam sanctæ humilitatis, & obedientiæ priuat: atque adeo sine dubio & præmium illi respondens euerit, qui in his etiam rebus prælato non obedit. Fit præterea homo, qui contra prælati voluntatem indiscretis corporis afflictionibus, & orationibus immoderatis intendit, duri & proterui iudicij, quod nec maiorum monita, nec sapientiorum suasiones emollient, nec ab eo, quod semel decreuit, abducent. Et quidem nihil est proteruo iudicio profectui vitæ spiritualis infestius, quoniam huius vitæ itinera feliciter ambulantes debent esse ( vt est in quodam propheta ) docibiles Dei ] eos verò Dominus edocet, quos prælati, & magistris subiectos aduertit. Tandem isti prælati, ac præceptores sui ipsorum, qui maiorum monitis non acquiescunt, aduersarij illusionibus solent illudi, à quorum oculis sub esca alicuius boni, aut spirituales profectus inobedientiæ, imprudentiæ, & superbiæ hamum abscondit. Cuius confirmatio sit Herois historia à Cassiano relata. Is enim propterea quod in remissione ieiunij, & silentij numquam maiorum consiliis, & mandatis acquieuit, permittus est à Dæmone miserabiliter decipi. Persuasit enim illi, vt in profundissimum puteum seipsum coniceret, quo experimento probaret tanta esse merita sua, vt nequaquam iam posset alicui discrimini subiaceret. Paruit miser consilio hostis malignissimi, qui monitis amicorum, & præceptis maiorum obedire noluerat, & ingenti casu precipitatus in eadem opinione, quod Angelo lucis credidisset, post tertiam diem vitam finiuit. ] Quo exemplo Dominus monstrauit, obedientiam in

Bern. ser. ad milit. templi. c. ult.

Lib. 4. reuel. ca. 26.

Isai. 54.

Cassian. colat. 2. c. 5.

Prov. 26.

omnibus esse seruandam, nec fas esse homini, colore alicuius boni seipsum regere, & à consiliis & mandatis præpositorum deuiare. ] In hoc apparet, quàm sic vera illa Salomonis sententia : Vidisti hominem sapientem sibi videri? magis illo, spem habebit insipientis. ] Hic namque à sapiente gubernatus, sine vilo incommodo iter huius mortalitatis peraget, & ille sibi ipsi confidens, dæmonis astu deceptus peribit. Obediamus itaque prælatis nostris, & ab eis nos regi & gubernari sinamus; non putemus licere, occasione alicuius noui profectus, ab eorum monitis deuiare, quia volens sine obedientia proficere, ipse deficiet. Duo hæc priora documenta tanti momenti sunt, vt non potuerint tam angustis duorum capitulorum limitibus sufficienter pertractari, sed aliquando ad finem huius operis (si auctor vitæ voluerit) iterum huiusce materiæ sermo incidet; interim nos ad alia documenta transeamus.

*Religiosus ipsam perfectionem spiritualis vitæ finem sibi præscribat.*

## CAPVT XIII.

**V**ITA perfecta ordinis & sapientiæ plena est, quia nihil aut tetrum, & propria luce priuatum, aut inordinatū, & in compositum perfectum est, & ideo sine sapientiâ & sine ordine stare non potest. Ad sapientiam pertinet, vt quid prius, & quid posterius, quis finis sit, & quid medium probè cognoscat: ad ordinem, vt cuique rei suum locum attribuat, & finis, ad quem omnia referuntur, primam sedem in corde viri perfecti, media verò pro sua dignitate mediam sedem, si ita æquum est, vel si non multum conducant, infimam teneant. Habito ergo à viro perfectionis audio, vitæ spiritualis magistro, cuius nutu regatur, & iacto solidissimo obedientiæ fundamine, quo à præceptore sibi præstituto in omnibus gubernetur, illud magna sollicitudine præstet, vt perfectionem, ac mentis puritatem (quæ vt non semel diximus) finis est spiritualis vitæ, finem sibi proponat, & reliqua omnia bona studia, vt instrumenta huius finis consequendi, respiciat. Et quemadmodum ægrotus, corporis sui incolumitatem præ omnibus cupit: cibum autem, & potum, & varia medicamenta catenus accipiat, quatenus operatæ salutis sunt profutura: ita perfectionis amator super omnia ipsam perfectionem, ac animæ munditiem diligit; & quæcumque cogitauerit, aut concupierit, aut fecerit, ob consequendam perfectionem exquirat. Ad quod persuadendum non multis ambagibus opus est, cum Saluatorem habeamus huius documētī præceptorem. *Quærite primum regnum Dei, inquit, & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis. ]* Si enim hunc locum à cortice literæ, quæ de cibo, & potu, & temporalibus loquitur; ad mysticum sensum efferamus, manifestè perspiciemus regnum Dei ipsam esse sanctitatem, ac munditiam cordis, qua tum similitudinem regni cœlestis induimus, tum ipsum regnum cœlestis cœmimus: reliqua verò esse varia hominum studia, quibus piè, & vtiliter occupamur. Illud igitur regnum cœlorum, illa imago supernæ patriæ, quæ in perfecta charitate, & in mentis puritate consistit, primò, ac præcipuè quærenda est, alia autem, si pro merito huius curæ assequenda puritatis, in additamentum promittuntur, non sunt quidem perfectioni præponenda, nec tamquam ma-

Matt. 6.

A xima, & præcipua quæritanda. Sed sicut illi antiqui Patres, solitariam vitam agentes, aut hortulos suos excolebant, aut sportulas contexebant, ea solum ratione, qua Dei cultui, & diuinorum contemplationi, & animæ puritati deseruiret, ita debemus nos in literarum adeptionem incumbere, & cætera negotia, siue spiritualia, siue temporalia tractare, quatenus nos non inquietent, nec mentem nostram scendant, nec spirituali profectui officiant. Bernardus quidem, vt eius narrat historia, nihil magnum de se aestimans aut cogitans, vt se ad custodiam cordis, & propositi constantiam incitaret, hoc semper mente cogitabat, hoc etiam sæpe ipso ore proferebat, Bernarde, Bernarde ad quid venisti? ] quod & de Arsenio memoriæ proditum est. Eadem nos sententia satis profecto breui, sed satis efficaci cor nostrum ad perfectionis amorem incitemus. Ad quid venimus? ad quid vitam religiosam profecti sumus? Numquid vt literati, & nominati magistri euaderemus? Numquid vt prælaturas, & dignitates ambiremus? Numquid vt curam carnis in desideriis faceremus? Non sanè, sed vt excolemus animas nostras, & eam perfectionem ac sanctitatem quæreremus, quàm professio religiosa, & status, à rebus sæculi auulsus, exposcit. Hanc itaque primùm quæramus, & alia, quæ retulimus, si perfectioni & tranquillitati mentis obstant, constanter abiiciamus; si verò vltro offerantur, aut obedientia præcipiente ingerantur, ea solum ratione admittenda, & exercenda sunt, quatenus fini, id est, mentis puritati proficiant. Magnus error est ista sub colore necessitatis, aut sub pretextu pietatis, veræ virtuti præponere, sine qua nulla religiosa familia bene gubernata, quemquam ad magna negotia, nec ad prælationem admittit: & ipsa vera & magna virtus, si expeditierit, aditum ad maximas etiam dignitates recludit. Vnde Rupertus exclamans ait: O quantos studium huiusmodi (intellige perfectæ vitæ) non solum vsque ad sufficientiam horum, scilicet victus, & vestitus, verum etiam vsque ad amplissimos honores citò produxit. Super salutem, & omnem pulchritudinem, ait quidam, dilexi sapientiam, & proposui pro luce habere illam. Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa. ] Verè ita est; quòd si ambitio aliquos ad magnas dignitates extulit, id fuit, vt ex alto periculosis præcipitaret: ac perfectio vitæ, & sanctitas, sanctos in candelabro dignitatis posuit, vt ex dignitate terrena, ad cœlestem dignitatem prouheret.

Per-suadamus nobis, solius religiosæ vitæ professione, aut cœnobij habitatione nos sanctos non esse, sed sanctitatis dilectione, qua eam reliquis præponimus, & vniuersa ad sanctitatem adipiscendam ordinamus, in virtute proficere. Quid enim refert, aut religiosa professio, aut locus addiscendæ sanctitati, & omni virtuti destinatus, si ipsa perfectio mentis obliuioni traditur, & perfectionis schola, aut in Academiam, vbi humanæ scientiæ docentur, aut in locum ambitionis, & superbiæ conuertitur? Cogitate fratres, inquit Augustinus, ad quid venimus. Ecce in solitudine sumus, elongati sumus à sæculo, & longo tempore iam mansimus in solitudine, vt secundum Apostolicam formam quietias viuere valeamus. Locus enim non facit sanctos, sed operatio bona locum sanctificauit, & nos. Peccauit enim Angelus in cœlo, peccauit Adam in paradiso, & tamen nullus locus sanctior illis erat. Si enim loca habitatores beare possent, nec homo, nec Angelus à dignitate sua corrumpent. ] Sicut ergo in scholis, non permanio in illis, finis

Lib. 1. ca. 4.

Ruper. li. 6. in Mant. ad c. 6. in fine.

Sap. 7.

Aug. ser. 27. ad fratres.

scholarum est, sed litterarum adeptio: & in aula regia finis non est frequentare palatium, sed quemcumque sentiet ipsum regi obsequentissimum exhibere: ita finis scholæ perfectionis, & cuiusque domus religiosæ, non est habitare in ea, & tamquam ficus infructuosa & steriles, cellam occupare, sed ad perfectionem currere, & omnem virtutem obtinere. Nō pervertamus ordinem; nec, quod primum est, ultimum: & quod postremum est, primum faciamus. Ad quod certè instigare nos debet, dignitas quarentium perfectionem, quoniam eam finem suæ vitæ habent, & in eam scopum tendunt, quem Redemptor noster Iesus Christus sibi præfixit. Nam ad quid rogo, venit ille in mundum, nisi ut nos à peccatis eriperet, & ad suam imitationem (quæ vera perfectio est) non minus suaviter, quàm potenter efferret? Filius hominis, inquit, non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis. ] Et Petrus Apostolus: Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius. ] Isaïas quoque: Ecce Deus vester: ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur; ecce merces eius cum eo, & opus illius coram illo. ] Ut quemadmodum, qui maxima cura alicui negotio insistit, illud non à tergo, sed in conspectu, imò & in corde, & in visceribus habere dicitur; ita Dominus opus suum id est, opus sanctificationis nostræ, quod opus Dei est, & dexteræ excelsi, coram se, nimirum ut sibi amantissimum, & planè ut finem aduentus sui habere dicatur. Sic itaque nos in eundem scopum finem que tendamus, & puritatem ac perfectionem animarum nostrarum, ut finem (post Deum) ut optimum, ut præstantissimum exoptemus. Cooperatores sumus veritatis, ut Ioannes ait, id est, Christi, qui est summa ac prima veritas, ac proinde deberemus in idipsum, quod ille querit, scilicet in perfectionem nostram, vehementer incumbere. Festinemus ingredi in requiem, in illam vitæ perfectæ rationem, quæ mētēs hominum pacat atque tranquillat, ne quis tepiditati se tradens incidat; non dico nunc, in incredulitatis, sed in tepiditatis exemplum. ] Et quemadmodū viator, qui in media via fatigatus obdormiuit, cum expurgitur, velociter currit, ut itineris comites assequatur: ita qui in via spirituali resedit, & manus præ segnitie conseruit, & soporatus est, hac consideratione se excitet, quod non ad quiescendum, sed ad laborandum, non ad communem tepidorum vitam sectandam, sed ad perfectionem inquirendam venit, & quod itineris superest (& multum superest) quanta poterit celeritate coficiat. Serio & intentè secum expendat, quia fortassis ex illis est, qui hora prima vocati ad vineam, & conducti sunt: & quod alij hora tertia, & sexta, & nona, & ad vesperam vocati, illi labore & conatu, & virtute præcedunt: erubescat, se post tergum minorum & novitiorū relinquere; enitatur eos assequi, & simile præmiū perfectionis accipere.

Sed quoniam pacto quisque omnia instrumenta, & media perfectionis esse sentiet, & perfectionē ipsam finem sibi præfiget? Certè si ipsa perfectionis opera ardentiori studio quàm alia perfecit, & numquam propter scientiæ acquisitionem, propter aliudve negotium, aut præciderit, aut omiserit. Opera perfectionis sunt, oratio, meditatio, psalmodia, oblatio incruentii sacrificij, lectio spiritualis libelli affectum incitantis, ieiunium, & alia similia, quæ ad observantiam regularem conferunt, quæ virtutem augent, quæ mentis puritatem promouent. Opera verò perfectioni seruiencia sunt, lectio alicuius disciplinæ, quam quis proficitur; disputatio, qua veritatem inquiri; concilio, qua alios docet, & mouet, primum negotium, quo quis

A operi misericordiæ, & charitatis intendit, & alia huius generis. Illa ergo prima præcipuum & primum locum erga nos habere debet, ita ut numquam quietam orationem propter studium, numquam atteram feruidamque psalmodiam ob concionem parandam, numquam conscientiæ examinationem propter negotium non virgens, omittamus, & sic nos perfectionem, ut finem, & reliqua ut instrumenta perfectionis respicere profitebimur. Qui enim ut humanis disciplinis studeat, tempus orationis decurrat; qui, ut concionē parat, psalmos, &c. quæ recitat, festinanter profert; qui ut ad colloquia & negotia externa tractanda, tempus vacuum habeat, missa sacrificium sine debita præparatione, & sine quietâ gratiarū actione, & inepta festinatione peragit, satis ostendit se perfectionis valorem non agnoscere, & puritati ac profectui mentis suæ inutilia, inania & vilia præferre. Apud istum perfectio non primum, sed postremum locum obtinet, & Christus in corde ipsius non primus, sed ultimus sedet, aut certè (quod horreo dicere) non sedet, sed iacet, quem vel minima externa occupatio poterit. Non sic Iob apud suos, qui dicit: Si voluissem ire ad eos, sedebam primus, ] quare hoc nisi quia inter concives suos, medium & præcipuum locum occupabat? Ne rogo, o anima mea, apud te inferiorem & viliozem locum, quàm Iob apud suos, Christus inueniat, quia signum magnæ miseræ & magnæ cofordix est humanis negotijs meliorem sedem concedere, & Salvatore, ac Dominum tuum, in infimum locū & veluti in angulū domus conicere. Stupedo ad id, quod nunc dicturus sum, & valde exarare formido, quia Gregorius id reproborum opus, & impiorum signum existimat. Quonia in corde reproborum, inquit, priori loco actiones carnis sunt, & posteriori, actiones animæ: in eorū proculdubio cogitationibus, Christus non primus, sed ultimus sedet. Sed electi quique quia ea præ omnibus, quæ æterna sunt, cogitant: & posteriori cura ac minima, si qua sunt, temporalia disponunt, quib. & magistra voce veritatis dicitur, Quarite primum regnum Dei, ] in eorum corde Dominus primus sedet. ] Nos, qui ex electis & dilectis esse volumus, primam in corde nostro sedem Christo tribuamus, quod tunc profectū fit, quando perfectionē ut finem respicimus, & ceteris negotijs, ac rebus virtutis actiones præponimus. Quod enim amabilius, & pretiosius habemus, id in tutiori loco statuimus, & maiori cura ab oculis raptorum abscondimus. Ipse ergo maior perfectionis amor, & ipsa prælatio, qua virtutem præferimus reliquis, nihil aliud est, quàm virtuti, & in illa Christo sedem excellentiorem præstare.

Illud etiam ad quarendam perfectionē, ut finem, non parum conducet, si in omnibus negotijs, & operibus nostris, non tam enitatur illa præstare, quàm animas nostras purgare, & virtutis augmento proficere. Et dicat quisque sibi metipsum cum dicit, cum legit, cum docet, cum cuncionatur, cum confessiones excipit, cum aliquid temporale tractat, ego in hoc non tam volo scientiam acquirere, aut concionem parare, aut opus quoddam peragere, quam in illo Deo placere, virtuti insistere, & me ipsum amplius ampliusq; perficere. Ita fiet, ut numquam propter occupationē, debitam modestiam deserat, aut regulam frangat, aut propter aliquod opus se ipsum peccatis inficiat. Cuius rei Dominus noster, ac omnis virtutis exemplar, præceptor fuit atque magister. Nam cum inuentus esset à sollicita matre in medio doctorum audiens illos, & interrogans eos, interrogatus quam ob causam in templo remaneret, non respondit: Nesciebatis quia ego doctor, debui inter doctores sedere; ego magistrorum magister, debui magistros instruere; ego Dei filius, de-

Mat. 20.

1. Pet. 2.

Isa. 40.

3. Ioan. 5.

Hebr. 4.

Mat. 20.

B

C

D

E

Iob. 29.

Greg. 20.  
mor. c. 4.

Matth. 6.

Luc. 2.

bui opportuno tempore aliquantulum hominibus latentis sapientiae significationem offerre? Non ita respondit; sed quid? Nesciebatis, quia in his, quae Patris mei sunt, oportet me esse? ] Per mansionem in templo, humilem in re doctores confessum, modestissimam loquentium auditionem, mirabiles interrogationes, non propriis nominibus vocavit, sed voluntatis Dei appellatione vestiuit. Ac si dixisset; Quicquid facio, ea ratione solum facio, quatenus Patri meo placet, & eius nomen sanctissimum, ac honorem prouehit. O quam aptè hoc loco adiectum est: Et ipsi non intellexerunt verbum, quod locutus est ad eos. ] Nam pauci sunt adhuc ex spiritualibus viris, qui hoc idioma Saluatoris intelligant. Si literas discunt, immoderately cupiunt alios excellere, & inter nominatos magistros prodire. Si docent, volunt optimi praecceptores haberi, & maiori subtilitate etiam, cum ridicula nouitate res occultas interpretari. Si concionantur, plausum exoptant. Hinc immoderate cura, quae tempore orationis nos distrahit; hinc inepta in recitandis Psalmis festinatio; hinc multum loqui, & multum disputare, & multa curiosa & vana perlegere, & parum tacere, parum orare, & parum libros, qui cor compungant, euoluere. Quia nostrum honorem, & nostram vanitatem quaerimus, & non voluntatem Patris inquirimus. Discamus itaque in his omnibus Dei beneplacitum, & nostrum profectum, ac perfectionem inquirere, & ea ita admitemus, ita perficimus, non ut nos distrahat, & tepesciat, sed ut fini vitae nostrae, id est, perfectioni, deseruiant. Intellectus in studio sit, lingua in verbo quod loquimur, manus in opere, sed cura, sed sollicitudo in sola perfectione consistat. Et quemadmodum, dum in saeculo aliquod negotium gerebamus, illud totum cor possidebat, omnem cogitationem & omnem curam exhauriebat, ita nunc in cenobio constituti, negotium religiosae vitae, scilicet propositum acquirenda perfectionis totam curam exhauriat, & quicquid est in nobis possideat. Hac consideratione beatus Dorotheus se ad virtutis studium incitabat. Qui cum ante conuersionem suam diligentissime literarum studiis incubuisset, post vitae religiosae professionem dicebat sibi: Si tanta cupiditas tibi fuit in adipiscenda eloquentia, si tantus ardor lectionis, ut ad ipsius habitum prouerhereris, quanto magis debes virtutis gratia elaborare? & ex hac cognitione admodum, fateor, proficiebam. Et statim subiungit: Sic ergo cum parare virtutem quisquam voluerit, decet non distrahi ad diuersa, neque obliuiosum esse; ut qui rhetoricam discere voluerit, nulli alij rei operam suam nauat, quam illi. Quod est in primis ad has facitandum, qui spirituales artes parare student, ut scilicet nulli omnino rei praeterquam huic operam dent. Atque in ea dies noctesque cogitationem omnem suam figant, dum ad eius possessionem, cooperante Domino, tandem perueniant. Quod sane qui non fecerint, non solum non proficiunt, sed etiam tempus omne terunt usque adeo insipienter circumducti. ] Hactenus ille. Perfecta igitur virtus apud nos finis sit, reliqua vero instrumenta virtutis. Illam ut finem sine mensura, id est, intentissime desideremus, haec ut media ea solum ratione, qua ad virtutem conferunt, & cupiamus, & exerceamus. Nec puremus nos perfectionis desiderio, aut a literarum studio, aut a doctis & optimis concionibus habendis, aut ab alijs pijs negotijs auocandos. Id enim putate profectio & actus diaboli, & magna ignorantia est. Nam & sancti Patres doctissimi fuerunt, eloquentissimi extiterunt, & maxima cum satisfactione gubernarunt, & negotia tractarunt. Nec desunt nunc in Ecclesia optimi viri, & puritatis ac perfectionis studio-

Dorothei  
doctrina  
10.

maximam scientiam & eloquentiam, & in rebus gerendis dexteritatem coniungant. Et perfectionis amor pia opera non destruit, ac Dei obsequia non impedit: sed adiuuat, sed nobilitat, sed promouet, sed ad debitum splendorem perducit.

*Religiosus oculos semper intendat  
in magna.*

## CAPVT XV.



**V**i perfectionem amat, eamque suarum actionum scopum finemque praefixit, ut ad aliquam puritatis mediocritate perueniant, opus est, ut ad praestantissimam sanctitatem, & excellentissimam perfectionem aspi-  
ret, & oculos, non in merita pusillorum, sed in labores, & merita virorum sanctissimorum intendat. Sunt enim nonnulli vitae spiritualis professores, in diuinis rebus admodum pusillanimes, qui suam aspicientes imbecillitatem, & diuinam gratiam operam minimè considerantes, nihil magnum celsumque desiderant, sed vitae cuiusdam communis, & solum à magnis peccatis alienae dilectione tenentur. Nec aduertunt, quòd desiderare magna, tum facile, tum vtile est, & qui in minimis desideria sua collocant, nec ad minima atque imperfecta perueniunt. Desiderium rerum magnarum, & cuiusdam eximia sanctitatis facile quidem est, quoniam intellectus rem magnam laboribus & difficultatibus spoliatur, & eam malis nudam, & satis pulchram & splendidam voluntati repraesentat, ut illam pulchritudinem oblatam sibi percipiat. Est etiam hoc desiderium vtile, quoniam illo velut stimulo excitati, velocius viam Dei currimus, & amplius laboramus, & si non ad illam sanctitatis magnitudinem nobis propositam, saltem ad aliquam mediocritatem accedimus. Qui autem solam communem virtutem concupiscunt, illa saepe frustrantur, & citra communem vitam in magna conuersationis vilitate quiescunt. Quamobrem Paulus sapienter nos mouet, dicens: Emulami charismata meliora. Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro. Nam si hanc exquisierimus exilioribus donis non omnino vacui permanebimus. Praestantissimam namque virtutem minor & communior antecedit, in quam, si illam ardentius fitimus, necesse est, non post multos labores incurrere. Longè itaque sit à nobis quorundam tepidorum ignavia, qui dicunt, sufficit mihi, si grauius peccata non perpetuo, si praeccepta & quae obligant sub peccati interminatione, custodio, si angulum caeli conquiri, & inter pueros, qui cum solo baptismo hinc emigrarunt, locum inuenio, & maiorem virtutem, aut potiore gloriam habere non curo. Longè, inquam, sit à nobis talis cogitatio, quae desideria magna perfectionis extinguens, non semel indignos potest facere regno caelorum. Qui enim solis peccatis letalibus abstinere curant, saepe dum leuia non vitant, & occasiones non fugiunt, dum minus putabant, in grauius labuntur. Qui solum angulum caelestis patriae, & infimum locum mercari nituntur, aliquando ad hunc comparandum necessarium numisma non habent, quod est praecceptorum impletio, & dum nec pro angulo pretium exolunt, se in ignes semper duraturos coniciunt. Et quemadmodum virgines fatuae à nuptiis exclusae sunt, quia oleum habere noluerunt; & audierunt ex ore sponsi: Nescio vos: Matt. 25.

1. Cor. 12.

quibus

quibus tamquā insipientibus iaua clausa est. Ita hi in periculum damnationis incidunt, quia dum solum oleum necessarium, & nihil aliud quaerunt, fortassis sine oleo necessario, id est, sine charitate necessaria & sine debita mandatorum custodia, permanebunt.

Nos ergo nobis eximia sanctitatis, & perfectionis merita conquirenda proponamus: humilitatem Francisci & Augustini, charitatem Dominici, & Ignacij nostri, orationem Bernardi, & Antonij paupertatem: mundi contemptum, castitatem, obedientiam, & reliquas virtutes sanctorum suspiremus, vt saltem aliqua mediocritas virtutis nobis accedat. Nonne sagittarius sentiens arcum neruo remissum cōsuevit sagittam altius collineare, vt signum infestius positum, scopum ve pertingat? ita & nobis vile erit in sublimissimam sanctitatem aciem oculorum intendere, vt cōatus noster tepore & socordia remissus, ex tanta sublimitate deiectus aliqualem saltem virtutem acquirat. Nonne mercator iniquum pretiū pro suis mercibus exigit, vt iustum ex manibus emptoris extorqueat? Sic & nos à nobismetipsis, tamquam ab auaris emptoribus, maiorum nostrorum puritatem exigamus, vt imitationem ipsorum, & nonnullam virtutem prærogemus. Nonne miles, qui in expeditione aliqua strenuè se gessit, & victoriam de hostibus reportauit, solet à rege magnam dignitatē, aut annuos redditus amplissimos petere: vt aliquod saltem præmium sui laboris accipiat? Cupiamus similiter nos magna, quaeramus sublimia, & à Deo petamus excelsa, vt ad minus moderata virtus nobis obtingat. Sapientissimus Ioseph Patriarcha vehementer cupiens Beniamin germanum fratrem, quem tenerimè diligebat, apud se videre, & suæ sollicitatis participem facere, quid cogitauit? Omnes fratres suos coniecit in vincula, præcipiens eis, vt vnum tantum mitterent, qui reliquis in custodia remanētibz minimū fratrem abduceret. Ad quid hoc? Nūquid vt vnus tantum iret, & reliqui remanerent? Nō,

Gen. 24.

sed vt vnum dūtaxat libenter obsidem darent, & reliqui cum frumento & pecuniis ad patrem consolandum, & fratrem abducendum, redirent. Quare eductus de carcere dixit: Si pacifici estis, frater vester vnus ligetur in carcere, vos autem abite, & ferre frumenta, quæ emistis, in domos vestras: & fratrem vestrum minimum ad me abducite, vt possim vestros probare sermones, & non moriamini. O quam sapiens cogitatio! quæ & effectum sortita est, & sub historiz cortice nos saluberrimè instruit. Si enim volumus Christo, quem ille Patriarcha castissimus referebat, Beniamin minimum fratrem offerre, id est, mentem nostram, aliqua vel minima virtute cumulatam consecrare, adigamus nosmetipsos, vt omnem virtutem, vniuersa perfectorum merita, & cunctos eorum labores conquiramus, vt postea libenter, & sine molestia, saltem aliquem sustentemus. Nec sola figura, verum & veritas ipsa viros spirituales hanc docet industriam. Dominus enim mandatum perfectionis promulgans, ait: Diliges Dominū tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in omni mēte tua] nō vt homines carne circumdati, Angelorum & Beatorum charitatem exerceant, quæ sine vlla intermissione in Deum amore fertur, sed vt eam vt cumque imitentur, & nihil charitati aduersum admittant. Nos ergo monitis Saluatoris edocti, & Sanctorum exemplis animati, nō in aliquam virtutem pusillam, non in vitam tepidorum, non in mores imperfectorum hominum, sed in maximam sanctitatem mentis oculos intendamus, & ad propostam sanctissimis viris palmam curramus, vt in fine

Matt. 22.

A vitæ pro minoribus operibus, digni aliquo præmio iudicemur.

Displicet quidem Deo viri spiritualis pusillanimitas, quæ solum ad communem virtutem venire procurat: quod Ioannes Gerson hoc simili aptissimè manifestat. Si enim vir nobilis plures habet filios, ad rem familiarem amplificandam aptissimos, videret vnum ex eis nihil certè mali facientem, sed pigrū: sed inertem, sed ad nihil magnum, & præclarum, ad nihil suo ingenio & nobilitate dignū aspirantem; euocaret illum, & ad sublimiores actus impelleret, atque ad imitandos suos fratres instigaret, & illum tandem reprehenderet; & inuisum haberet, si nihil suis monitis, & adhortatione proficeret. Hic Pater sit Deus, qui se vocari Patrem iubet, & erga omnes homines officii amantissimi patris suscepit. Filij huius æterni Patris ad laborandū, & rem familiarem augendam aptissimi, sunt omnes sancti, qui iam præcesserunt; & viri perfecti, qui nunc meritis suis Patrem glorificant, & Matrem Ecclesiam illustrent, in quibus Dominus velut in filiis complacet sibi. Filius ignauus, & excors sum ego, qui multa mala facio, qui in domo laborantiū, & ad perfectionem currentiū, otiosus sedeo, qui ad nihil egregium, ad nihil magnum, & præclarū aspiro. Me hortatur Deus, me quotidie fratrum exemplis, prælatorū consiliis, & sanctorum actionibus monet, vt omni à me fugata socordia aliquid magnū moliar, & ad quā vocatus sum perfectionem, inquiram. Dicit mihi sapissimè: Fili mi custodi sermones meos, & præcepta mea reconde tibi. Fili serua mādāta mea, & viues: & legem meā quasi pupillam oculi mei: liga eam in digitis tuis, scribe eam in tabulis cordis tui: Dic sapientiæ, soror mea es, & prudentiam voca amicam tuam. Si ista verba, & similia, quotidie audio, sed nō obedio, moneor, sed non moueor, excitor, & non assurgo, & nihil perfectum, nihil mea vocatione dignum aggredior, quis ambigat me inuisum esse illi, cuius adhortationes sperno, & à cuius nobilitate degenero? Aquilæ hoc proptium esse rerum naturalium indagatores existimant, (quod & Augustinus & Ambrosius non negant) vt filios vngue suspendant, & radiis solis opponant, & qui firmè solis lucem contemplatus fuerit, filium agnoscant, qui vtdò inualidam corusco radiorum appulsu aciem submisserit oculorum, tamquam adulterinum ab vngue demittant, & parentum dānatum arbitrio, à fratrum consortio reiciant. Idem facit Pater noster cœlestis, qui se in Deuteronomio aquilæ comparauit. Filios suos, qui omnes iusti sunt, de quibus inquit Paulus: Eratis aliquando tenebræ; nunc autem lux in Domino, vt filij lucis ambulate;] lucis aspectu probat, & eam libenter aspicientes, filios, eam verò auersantes, non tam filios, quàm tepidos seruos agnoscat. Qui autem sunt, qui firmè & stabiliter lucē intruentur, nisi qui mentis aciem in opera lucis intendunt, & sicut lux semper procedit, & crescit, vsque ad perfectum diem, ita eam vt matrem imitantes, semper ad maiora & altiora, vsquequo ad perfectionem perueniant, sine vlla cessatione mentis anhelant? Et qui sunt acie palpitantes, & non valentes lucis vim, & splendore cæcati, statim obruantur, & oculos ad vana & mūdāna deflectunt? Si talis sum, si non naturam lucis habeo, quæ continuis momentis fit maior, & pulchrior, quousque ad meridiē accedat, sed naturā tenebrarum (si fortè natura vocari potest, quæ nihil est) quæ processu temporis redditur profundior, & tenebræ in eo non sunt vllæ;] me quotidie ignauitæ & negligentia arguat, & increpet, & si perseverauero, à

Gerson. p. 3. tract. de mystica Theologia practica consider. 4.

Prou. 7.

August. tract. 36. in Ioan. Ambros. lib. de Salomone c. 2.

Deut. 32.

2. Cor. 6.

1. Ioan. 1.

sua providentiæ specialissimæ vngue dimittat, & non filium, sed feruum ignavum, & inertem agnoscat.

Illud etiam incitat nos, ut magna queramus, & ad excellentissimam virtutem festinemus, quod qui magna cupiunt, & magna petunt, magna consequuntur, qui verò paucis contenti, maiora & altiora fastidiunt, non semel in luctuosam miseriam dilabuntur. Deus enim, qui scrutatur corda, scit quid desideret spiritus. ] Scit quidem approbans sanctum desiderium, & illud innata benignitate motus, adimplet. Cuius impletione anima mira delectatione lætatur, & omnem tristitiam dolorumque deponit. Nam, ut ait Salomon: Spes, quæ differtur, affligit animam: lignum vitæ desiderium veniens. ] Qui ergo magna cupiunt, ad magna & perfecta accipienda se disponunt.

Vas autem vacuum & mundum, & ad pretiosum virtutis liquorem accipiendum præparatum, Deus suis bonis cumulat, & omnem eius capacitatem explet. Quod & designavit Ioseph, volens fratres suos omnibus bonis Ægypti abundantes ad patrem remittere. Præcepit enim dispensatori domus suæ dicens: Imple saccos eorum frumento, quantum possunt capere, & pone pecuniam singulorum in summitate sacci. ] Quid enim sacci fratrum spiritualis Ioseph, id est, Christi, designant, nisi corda iustorum? & quid saccorum capacitas, nisi desideria & petitiones eorum? & quid frumenta, nisi dona Dei, & virtutum opes, quibus iustorum corda possunt impleri? Sacci ergo quantum possunt capere, frumentis implentur, quia iustorum corda, quantum efficaciter & verè desiderant, consequuntur. Sed quid pecunia abscondita in summitate sacci significat: nisi quoddam sancti non solum virtutem concupiram acquirunt, verum etiam pecuniam suam, id est, præmium sui desiderij recipiunt, quod non solum boni desiderati adeptione præmiatur, sed etiam quia de se bonum, & gratum Deo est, propria mercede ac præmio non caret. Si hoc ita est, apud Bernardus existimat, secundum magnitudinem desiderij, boni magnitudinem obtineri. Nec solum id putat, verum etiam multis exemplis Scripturæ confirmat. Eius verba sunt: Magna siquidem fides, magna meretur: & quatenus in bonis Domini fiducia pedem porrexeris, eatenus possidebis. Denique Moyse ore ad os loquitur Deus, & palam non per anigmata & figuras Dominum videre meretur, cum prophetis aliis tantum in visione apparere se dicat, & per somnium loqui. ] Philippo quoque secundum petitionem cordis sui, ostensus est Pater in filio, in eo proculdubio, quod incontinenti audivit: Philippe, qui videt me, videt & Patrem: & quia ego in Patre, & Pater in me est. ] Sed & Thoma iuxta desiderium cordis eius palpatum se præbuit, & voluntate labiorum eius non fraudavit eum. ] Quid David? Nonne & ipse voto se non omnino fraudari significat, ubi ait, non daturum se somnum oculis suis, nec palpebris suis dormitationem, donec inueniret locum Domino? ] Igitur istiusmodi magnis spiritibus, magnus occurrit sponfus; & significavit facere cum eis, emittens lucem suam, & veritatem suam, eosque deducens, & adducens in montem sanctum suum, & in tabernacula sua, ita ut dicat, qui eiusmodi est, Quia fecit mihi magna qui potens est. ] Regem in decore suo videbunt oculi eius ] præuentem se ad speciosa deserti, ad flores rosarum, & lilia conuallium, ad amœna hortorum, & irrigua fontium, ad delicias cellariorum, &

odotamenta aromatum, postremo ad ipsa secreta cubiculi. Isti sunt thesauri sapientiæ, & scientiæ penes sponsum absconditi, hæc vitæ pasca præparata in refectionem animarum sanctarum. Beatus vir qui impleuit desiderium suum ex ipsis. ] Vnde non sine attestazione Scripturarum sanctarum asserimus, voluntatem sanctorum à Domino fieri, & magnam perfectionem cupientes, ab eo ad magna & excelsa merita virtutis prouehi. Neque ab hoc dissentit, quod dictum est Esdra: Tu noli timere, neque expauescat cor tuum: sed ingredere, & vide splendorem, & magnitudinem adificij quantum capax est tibi visus oculorum videre, & post hæc audies, quantum capit auditus aurium tuarum audire. ] Sicut enim Dominus secundum capacitatem visus, & auditus, videnda, & audienda proponit, ita secundum capacitatem desideriorum, dona sua & virtutes attribuit. Oculos itaque coniciamus in magna, ut aliquando in animabus nostris, magna perfectionis dona videamus.

Contraria verò huic felicitati est miseria tepidorum, qui dum paucis bonis exantantur, illa quæ habent, merentur amittere: & dum virtutem spernunt, à modica illa possessione virtutis solent decidere. Et quemadmodum illi, qui panem è caelis sibi ministratum auertabantur, carnibus, & cibo terreno faciat sunt, qui non vitam, sed mortem attulit eis. Nam adhuc esec eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos. Et occidit pingues eorum, & electos Israel impediuit: Ita qui de virtute nauseam suscipiunt, & tamquam homines saturati, quasi ut roganti satisfaciant, leuiter tantum attingunt, solent rebus visibilibus satiari, & peccatorum delectatione repleti. Metuendum est enim (ut Augustinus ait) ne quisque descendens de montibus iustitiæ Dei: (iustitia enim tua, inquit, velut montes Dei:) latitudines & facilitates voluptatis carnalis eligens, à diabolo trucidetur. Hi solent tepidiores se, & legniores respicere, & modicam aliquam virtutem, qua illos superant, ante oculos obuersare ut in luto iaceant, & suam legnitiem consolentur. Et sicut ille Pharisæus publicanum respexit, ut comparatione illius se ipsum magni reputaret & de falsa iustitia superbiat: ita hi sæculares respiciunt, & vitam mundanorum considerant carnis & ambitionis suæ desiderijs seruientium, ut de quadam religionis vmbra superbiant. Nam & viator itinere fatigatus, solet causa leuaminis retro respicere, & non quantum itineris sibi conficiendum superstit, sed quantum ambulauit, meditari: Sic tepidi, non quam longè sicut à vita vitorum spiritualium, non quantum absint à moribus perfectorum aduertunt, sed quantum iniquos & carnales excellant, ut ex hoc occasionem in suis imperfectionibus iacendi percipiant. Idque Gregorius egregie sanè declarat. Postquam enim iustorum consuetudinem explicauit, qui solent perfectiorum acta perpendere, ut inde se ad maioris virtutis studium accendant, hæc ait: Sed hæc reprobi nesciunt, quia mentis oculos semper in infimis premunt, qui & si quando in viam Domini veniunt, non ad meliorum vestigia, sed ad intuendum semper deteriorum exempla vertuntur. Neque enim eorum vitam considerant, quibus se humiliando postponant, sed quibus superbiendo se præferant. Deteriores namque respiciunt, quibus meliores se esse gloriantur, & idcirco proficere ad meliora non possunt, quia hoc sibi sufficere astimant, quod

Pron. 13.

Gen. 44.

Bern. ser. 32. in ead.

Num. 11.

Ioan. 14.

Ioan. 20.

Psal. 131.

Psal. 115.

Psal. 42.

Luc. 1.

Esa. 33.

Psa. 126.

4. Es. 10.

Psal. 77.

Aug. ad

Psal. 8.

Psal. 34.

Luc. 16.

Greg. 14.

mor. 12.

peffimos antecedant. ] Vide quantum fit eorum periculum, qui ad modicam tantum virtutem aspirant, & satis sibi esse putant, si pessimi non sint, & si aut malos, aut segnes, & sua salutis obliuos, aliqua ratione precedant. Tu ergo non sic, si ad perfectionem cupis ascendere, sed oculos mentis in altissima virtute constitue. Profundissimam humilitatem, purissimam, & plane Angelicam castitatem, promptissimam obedientiam, verissimum rerum visibilibus contemptum appete, ut post multos labores saltem ad moderatam virtutem peruenias. Pete à temetipso, sicut Dominus postulauit à fidei Patriarcha, filium in holocaustum, quod Domino lites, ut à tua paritate minus extorqueas, arietemque sacrifices. Id est: Apud temetipsum statue viros sanctissimos imitari, & ad eximiam sanctitatem ascendere, ita ut temetipsum Domino purissimum holocaustum exhibeas, ut saltem aliquam puritatem adeptus sacrificium vocari merearis. Geme ante Dominum, & efflagita ab eo gratiam, qua illos primos tuæ religionis patres, Franciscum, Dominicum, Ignatium, & alios similes è vicino sequaris, ut vel à longè illos imiteris. Placet enim Domino humilitas, qua quis seipsum paruum & abiectum existimat: placet & magnanimitas, qua ob honorem Dei, & ut ei placeat, virtute magnum, & perfectione conspicuum se esse desiderat.

Gen. 2.

*Religiosus perfectionem sitiens, non asperrantur minima.*

## CAPVT XVI.

**Q**VI ad magnam & celsam perfectionem mentis aspirant, operæ pretium est, ut minima quæque mala diffugiant, & paruulos defectus, non eo quod paruuli, sunt in teipfis curare contemnunt. Omnia enim magna ex pusillis pendent, nec magna & mirabilia sunt si non etiam minimas imperfectiones excludant. Pulchritudo magna, nonnulla macie ex infirmitate contracta, statim inficitur, & vel minimo nauo fuscatur. Sapientia magna minimas ignorantias reiciit, nec errorem circa res pusillas; ad sapientie cognitionem pertinentes admittit. Magna eloquentia quot minutula, & parui (ut videntur) momenti requirit in voce, in gestu, in sententiis, in numero, in prolatione verborum, & in aliis huiusmodi, sine quibus non est admirabilis, nec mouet, nec mulcet, nec (quod proprium rerum magnarum est) admirationem, & stuporem ingerit. Sic sanctitas magna, & magna perfectio, quæ magna pulchritudo animæ, & magna sapietia est, minimos defectus, ac minimas, & vix apparentes (quantum potest) imperfectiones deuitat. Quas si non conatur euincere, ac superare, quamnam munditiæ magnitudinem potest habere? Nam si virgo aliqua munda non dicitur quæ aut in seipsa, aut in vestibus, aut instrato sordes aliquas libenter patitur, profecto nec ipsa munditia animæ satis magna, & (ut ita dicam) satis munda dicitur, quæ sordes leuium peccatorum, & imperfectionum libens sustinet, nec diligenti circumspicione vitat, nec compunctionis aqua detergit. Et si magna perfectio magna charitas est, (ut superiori tractatione diximus) & magna charitas est magnus amor & magnus ac ardens amor, eum quem amamus, nec leuiter contristare permittit; quomodo eximie amabimus Deum, & perfectam erga il-

**A** lum charitatem habebimus, quem quotidie imperfectionibus lædere non veremur. Si reuenteris Israël, ait Dominus, ad me conuertere: si abstuleris offendicula tua à facie mea, non commoueberis. Si, inquam, peccata deseris, & veterem conuersionem derelinquis, seridè considera quoniam non eum homine amicitiam refarcis, sed ad me conuertentis, quem neque in magnis, neque in minimis deberes noxa pulsare. Si abstuleris non solum offensas, quæ amicitiam discindunt, sed etiam offendicula, id est, leuia perfectionis obstacula, ita ut (quantum hæc vita plena peccatorum, & imperfectionum fert) ea quotidie aboles, & destruas, tunc non commoueberis. Tunc non ut arundo pusillos & imperfectos designans, quolibet passionis insurgentis vento agitaberis, sed sicut cedrus alta & proceræ, in charitate radicata, & fundata, in perfecta Christi imitatione permanebis. Qui vult ergo non commoueri, id est, ad eam charitatem peruenire, quæ stabilis & perfecta est, nisi peruersa hominis voluntate protrahatur, non dico ut non cadat, quis enim circumdatus carne non cadit: sed ne leuibis defectibus assuescat, & ne sine assidua adhibitione remedij apud se manere permittat. Sunt enim quidam, qui loquacitati, alij qui nimie alicuius familiaritati, alij qui immoderate curiositati, alij qui ambituuncule, & desiderio splendendi apud homines, alij qui similibus vitiis manus dederunt, & ea, aut præcidere, aut minuire, aut emendare non curant; hi numquam pannos exuent spiritualis infantie, neque erunt in virtute perfecti.

**C** Sed ut maxima cura & sollicitudine hæc minima & leuia vitemus, à quorum morsu, quia velut muscæ paruulæ sunt, non solemus trepidare, videamus quæ mala nobis ex illis obuenant, quibus auditis, sat scio, quia non leuiter leuia timebimus. Horum autem malorum illud certè magnum, & expauescendum est, quod qui spernit modica, ut Ecclesiasticus ait, paulatim deciderit: ] & ex loquacitate in detractionem, ex nimia familiaritate fortè in obsecnitatem, ex curiositate in cordis duritiem, & ex ambituuncula in apertam superbiam, & magnam ambitionem corruet. Magna namque & aperta peccata, eò iustis minus periculosa sunt, quod vel aspectum eorum satis enorme, & tetrum exhorrent; at minima eo ipso quod minima periculosiora videntur, quia dissimulanter intrant, latenter cor possident, & absconditè ad miserabilem ruinam disponunt. Vnde Bernardus tamquam expertus casuum aliorum bene ait. Mens Deo dicata, sic caueat minora vitia, ut maiora: quia à minimis incipiunt, qui in maxima proruant. ] Hoc beatissimi viri dictum ego ita intelligo: ut quemadmodum semitam aliquam lubricam, & postquam iuxta magnum præcipitium ingrediens, si tantisper ab ipso tramite deuiaverit, solet occidere, & ex casu modico in præceps deturbata conficiens vitæ spiritualis iter, quod per semitam facimus satis angustam, atque præruptam, ex tantillo lapsu, quem scientes & volentes nolimus euitare, in magnas inquietudines labimur, & sæpè non minimas maculas, peccataque contrahimus. Nec putandum est, quos ex spiritualibus vitiis aspeximus, in magna, & manifesta peccata prolapsos, subito corruisse, sed eos externa specie boni contentos prius leuiores negligenter, & postea maiora irreuenter, & tandem procaciter maxima perpetrasse. Et quidem ipse Bernardus id etiam docuit, dicens: Quam multos videmus, & plangimus fratres, qui dummodo maneat habitus, & confusio, salua sibi omnia arbitrantur? non considerantes

Ecol. 19.

Bern. de ordine vite ad finem.

Bern. ser. de ingratiitudine.

miseri,

miseri, quemadmodum ingratiudinis vermis interiora corrodens, ob hoc tantum corticem, quem vident, transforare dissimulet, ne forte recogitent, & erubescant, ipsaque verecundia emendentur. Quin sic interdum in nonnullis consumpta esse interiora vniuersa praesumit, vt non vereatur ad ea quoque, quae foris apparent, venenatum ducere caput: Nisi forte quos videmus manifeste apostatare à Deo, repente fieri pessimos arbitramur, & non magis defecisse, cum comederint alieni robor eorum, & nescierint. Sic ille. Est itaque verissimum quod ait Iob: Faciem eius praecedit egestas: ] quia orationis tepiditas, cordis ariditas, rerum spiritualium obliuio, & defectuum leuiorum contemptio velut tormenta bellica sunt, miseram animam impotentia, prius quam eam per graue peccatum terribilis aduersarius expugnet. In pigris, ait Salomon, humiliabitur contignatio, & in infirmitate manuum perstillabit domus. ] Pigris enim est infirmitas vacordia, qua nolunt minimis peccatis remedium afferre, & infirmitas manuum est, eorundem vana securitas, qua volunt, & mirabiliter admittere, & in maiora non cadere. Sed istam pigris atque infirmitatem sequetur prius perstillatio domus, deinde ipsius domus misera manifestaque ruina, quoniam vana ac securitate aedificatio virtutis mollescit, vt cadat: & tandem defectuum leuiorum irratione procumbit, Non quia illa sola virtutem destruant, animamque deiciant, sed quia fortitudinis murum aperiunt, vt importunus hostis irumpat. Hanc namque mentem esse sapientis, Cassianus alium simul eiusdem locum tractans, euidenter expressit. Eleganter, inquit, mentis incuriam domati comparauit, rectoque neglecto, per quam primo quidem velut minutissima quaedam penetrant ad animam stillicidia passionum: quae si velut parua, ac leuia negligantur, corrumpunt tigna virtutum, & post haec influunt imbres largissimi vitiolorum: per quos in die hyemali id est, in tempore tentationis, ingruente impugnatione diaboli, expelletur mens de habitatione virtutum, in qua scilicet aliquando circumspicam diligentiam retinens velut in domus propriae possessione requieuerat. ] Lenia ergo peccata contempta, nos in manifestum discrimen perditionis adducunt, non quia ipsa sufficiant nos perdere, sed quia saepe sufficiunt ad graue crimen inclinare. In quo sensu dixit Augustinus de leuib. peccatis: Quae si collecta contra nos fuerint, ita nos grauabunt, & oppriment, sicut vnum aliquod grande peccatum. Quid enim interest ad naufragium, vtrum vno grandi fluctu naui operiatur, & obruatur, an paulatim subrepens aqua in sentinam, & per negligentiam derelicta, atque contempta, impleat nauem, atque submergat. ] Neque enim id sanctissimus, & sapientissimus Pater dixit, quia putaret multa leuia peccata vno graui coaequari, sed quia haec si non nauem nostri cordis operiunt, at aperiunt, vt magnum fluctum peccati grauis suscipiat. Sunt haec velut modici sumptus, imprudenter iterati, qui magnam etiam substantiam exhauriunt, & dum minus putamus, diuitem pecuniis vacuum, & egenum derelinquunt. Sic per leuia peccata passionibus crebrescentibus, & insolentius se ostentantibus virtutes subruuntur, & ingruente graui tentatione, dum ei quis assensum praebet, manifeste deficiunt. Sunt velut irremissa agrotatiunculae, qui vitam quidem non dissolunt, sed ita corpus extenuant, vt accedente aliquo graui morbo, statim corpus vires non habens resistendi succum-

bar. Ita minima imperfectiones, sine frano timoris admittae, mentem enervant, & mollem ac effeminatam efficiunt, vt graui tentatione pulsata, in malum sine vlla cunctatione consentiat. Sunt denique vt formicae, aut alia paruae bestiolae aliquam arborem corroderent, quarum importuni morsus in causa sunt, ne fructus emittat. De his intelligimus illud sponse: Capite nobis vulpes paruulas, quae demoliuntur vineas. ] Verè enim culpae leues, & imperfectiones paruulae, vulpes paruulae sunt, in quibus nihil magnum, nihil nimis noxium aspiciamus, sed haec vineam, id est, animam, demoluntur, quia eam sterilem faciunt, dum caelum ei aeneum faciunt, & pluuiam auxilij caelestis impediunt. Beatus igitur qui tenebit, & alidet paruulos suos ad petram. ] Nam imperfectiones in principio suae natalis, illae non crescent, nec nos magna facta periculo amittendae salutis exponunt.

Non tantum, qui modicos defectus non timet, nec vitat, sibi malus est, sed toti quoque religiosae vitae damnosus. Quoniam hi defectus, ac peccata leuia nullis medicamentis curata, sed quotidiano vsu probata, & exultationibus ineptis defensa, quasi in legem transeunt, & omnes ea primum ipso opere, deinde etiam ore verbisque defendunt. Incipit exempli gratia vniuersus malus ac tepidus religiosus (sic enim libet nunc eum appellare, qui prauos & distortos mores in religionem inuehit) incipit inquam, iura silentij frangere, & omni tempore, omni hora verbis otiosis ora laxare, & imminuere ordinis disciplinam; iam hic non esset perniciosissimus iudicandus, si sibi soli malum loquacitatis afferret, neque aliis officeret. At post non multos dies, plures habet imitatores; qui primi illius loquacitatem sequantur, nec illum magnum defectum opinantur. Processu temporis loquacitas vellem fraternae charitatis, & sanctae cuiusdam benevolentiae induit, & nomen virtutis vsurpat, quae necessaria est ad animorum vniorem conseruandam. Quod si huic malo remedium non adhibeatur, à tepidis hominibus, & spiritu religionis carentibus, vt bonum, imò & vt necessarium defenditur, sine quo, inquit, non possimus onus religionis, & occupationes sanctorum laborum ferre, neque in mutua illa parum nostrorum charitate persistere. Tandem praeratus malum iam radicatum, & altis radicibus fixum, non potest euellere, & si id intencet, insanus iudicatur, & imprudentiae ac temeritatis arguitur. Quisnam fuit huic tanti mali causa? ille profecto, qui primus fractioni inuolabilis legis ianuam aperuit, & peccatum illud leue ad consuetudinem vsque procedens, in seipso sine debita castigatione, & emendatione reliquit. Hinc apparet, quam sapienter Bonauentura ait: Nec minimum est contemnere minima, quae non minimam moribus maculam, eo turpius neglectui habita ingerunt, quo vitari facilius cognita valuerunt. ] Et alio loco de modestia loquens, haec ait: Haec & similia non sunt, vt minima temere aspernanda. Clara nonnumquam conuersationis insignia, quaedam in minimis obfuscantur ineptiae. Plerumque modicis paulatim per incuriam subrepentibus maculis, tota morum congeries inquinatur. Si ista dicuntur de modicis defectibus, in externa disciplina, quid diceret vir sanctissimus de illis peccatis, humilitatem, obedientiae sinceritatem, & paupertatem ladentibus, quae sunt maximorum malorum seminaria, & si paululum crescant, vniuersam disciplinam euerunt? Necessè est, vt veniant scandala, verumtamen vae homini illi,

Iob. 41.

Ecl. 10.

Cassian.  
col. 6. ca.  
17.Augusti.  
ep. 108.  
solentia.  
na.

Cant. 2.

Psal. 136.

Bonau. in  
speculo di  
scip. in pro  
logo.Ibid. p. 3.  
cap. 7.

Matt. 18.

per

per quem scandalum venit. ] Scandalum voco, non quemcumque defectum, aut peccatum religiosorum, quia homines sumus, & sine omni peccato ac macula in hac vita esse non possumus. Sed peccatum nec penitentia dilutum, nec lacrymis lotum, nec medicaminibus curatum, imò assuetudine longa probatum, excusationibus protectum, umbra necessitatis inuolutum, quod non curamus euellere, nec à religionis finibus extirpare. Iste ab vno incipit, & postea per aliorum fratrum vitas, longius, quam putabamus, serpet, & vitam religiosam, quæ post vnum defectum alios sibi connexos admittit, in magnum discrimen adducet. Ipsa enim est, vt inquit Anselmus, quasi quædam clausura, vel stagnum viuarij. Quoniam quidem sicut pisces decurrente aqua viuarij moriuntur, si clausura ipsius minutatim, ac sæpè crepant, nec reficiantur ita omnis religio monastici ordinis funditus perit, si custodia eius per modicarum contemptum culpæ paulatim à feruore suo tepescit. ] Non sanè despicienda sunt mala hæc, quæ si minima in se sunt, non sunt minorum, sed maximorum exordia. Error enim, vt dixit quidam, qui in principio paruus est, magnus est in fine, & cuiusdam militis error à rariò tramite deuiantis, si alij sequantur, omnem aciem potest disperdere, & in loca, vbi trucidetur, deiecit. Ita vnus defectus ab isto introductus, & ab omnibus approbatus, potens est religiosam disciplinam perturbare.

Qui autem sibi, & aliis malus est, & noxius, modica peccata consulo non vitans, numquid à Domino diligetur, & in magna sanctitate collocabitur? Non sanè, Quoniam licet sanctitatis opus à Domino incipiat, & aliquando magnos peccatores conuertat, & ad extremam perfectionem efferat, tamen post ceptum hoc perfectionis opus, eos tantum Dominus ad sanctitatem extollit, qui auxilijs eius singularibus, & amabili vocationi respondent. Si autem tu vocatus non audis, inuitatus obsurdescis, & imperfectiones perfectioni contradicentes, non semel aut bis, aut sæpè, ex infirmitate, vel ignorantia, sed veluti ex malitia imprudenter amplecteris, quam ratione ad magnam perfectionem extolleris? Minoribus auxilijs prius respondendum est, vt maiora & potiora capiamus: nam habenti dabitur, non habenti verò, id est, minori auxilio non cooperanti, etiam quod videtur habere, aufertur. ] Si minora auxilia otiosa recondis, & quia aliquid graue peccatum non est, admittere non erubescis, quomodo maiora, & ad perfectiora opera vocantia recipies? Cum sancto sanctus eris, inquit sanctus Dauid, ad Dominum loquens, & cum viro innocente innocens eris, ] si tu nulla benignitate, id est, bonorum feracitate polles, sed magis glacie cordis, id est, tepiditate angustaris, & nisi peccati grauis interminatione ligèris, nihil pertinet ad Dei obsequium moliris, quam ratione Dominum sanctum tecum, id est, benignum, & ad excellæ perfectionis fastigia vocantem experieris. Dicit tibi, vt prius fructum tricesimum, id est, opera mediocrium iustorum feras, & tam magnas imperfectiones timeas, & lugeas, vt postea fructum centesimum, hoc est, virorum perfectorum, qui vitant mala, quantum possunt, & faciunt bona, quantum sibi concessum est, in coronæ augmentum emittas. Si verò nec fructus trigesimi curam habes, imò ac si iam in arca repositam, & custoditam haberes iustorum gloriam, securitatibus, & ineptiis, & secularibus negotiis te tradis, hac sola ratione securus, quod non sunt graua, & immania peccata,

A quod numquam eris perfectus, certissimè scio, & de tua salute valde formido. Excipe sententiam Bernardi idem de tam falsa securitate formidantis. Ab inferiori parte, inquit, timor nocturnus insurgit, à sinistris sagitta volat in die, à dextris perambulat negotium tenebrosum: & vt nihil sit vacuum, à superiori parte dæmonium meridianum insurgit. ] Nos autem miseri, & miserabiles vicinis tot serpentibus, & igneis telis vndique volantibus, insurgentibus inimicis: nihilominus perniciose securitate, & negligentia dormitamus, torpemus otio, vanitatibus, & securitatibus indulgemus, tam pigri ad spiritualia exercitia, ac si iam pax sit, & securitas, & non sit militia vita hominis super terram. ] Hoc est (dico vobis charissimi) quod me vehementius terret, quod omnino timoris acerbissimi gladio tranuerberat animam meam, quod inter tanta pericula minus timorati, minus exercitati, minus quam necesse sit, solliciti videamur. Siquidem vnus è duobus hæc ipsa negligentia nostra probat, aut omnino traditos nos hostibus, & nescire: aut si inter hæc conseruamur, ei, qui ruetur nos, ingratos nimirum inueniri. Vtrumque certè periculosum est, aut cecidisse, aut tantis beneficijs acceptis ingratos esse. Neque enim longè est à gehenna, qui grauitè cecidit, quia vno tantum gradu, vno scilicet carnis obstaculo, ab æterna morte diuiditur: nec longè est à casu, qui Domino inuenitur ingratus, quoniam ingratitudo auxilia è cælis demissa depellit, ne homo ingratus à casu diffugiat.

C Aliud tantum damnum dicamus eius, qui vœcordia ligatus, minora quæque mala non fugit: nam implacabilibus grauiorum peccatorum scrupulis angitur, & morsibus vermis conscientie torquetur. Si lulentas cogitationes non arceat, dubius sæpè manet, an in rem cogitatum consenserit, & animam Deo consecratam peccati obscenitate polluerit. Si ora detractionibus laxet, non semel anceps est, an grauitè fratris opinionem laferit, & in re magni momenti bonam eius opinionem abstulerit. Si iram, & indignationem non frenet, hæstiat aliquando, an tempore, quo erat iratus, odium aduersus fratrem conceperit, & magnum illi malum concipuerit. Sic religiosa conscientia, templum scilicet Dei, non vt æquum esset, assiduis Dei laudationibus resonat, sed quotidianis lamentis insistit. Væ autem illi, si non lugeat, si hæc crassa peccata contemnat, si ex consuetudine tantum, & non debita cum claritate medico in confessione pendat, signum enim esset, illam non tantum cecidisse, sed & timorem sanctum abdicasse. Huic profecto, & alijs tepidis, nec minora peccata fugientibus optimè competit illud Isaia. Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustrum peccatorum. ] Nam funiculi vanitatis sunt peccata minora, quæ dum non timentur, & sine vlla erubescencia admittuntur, miseram animam ad apertam iniquitatem paulatim trahunt, & ex aperta iniquitate (quod sæpè in expulsis à sanctis religionibus vidimus) ad trahendum post se plaustrum, id est, ad vitam flagitiosam, & omni genere peccatorum sædatam traducunt. Cura verò fugiendi minora peccata, quodam modo à casu maiorum liberat, & ad ea declinanda facilem viam nobis ostendit. Quo enim pacto in detractionem incidet, qui verbu otiosum timet, aut in rei minus honestæ consensum impinget, qui leuissimam cogitationem virtuti aduersam fugit, aut odio sædabitur, qui tantillam iram insurgentem statim comprimit. Iste similis est ei, qui nec minimum obolum imprudenter infundit, nam multò minus thesaurum apud se recon-

ditum

Anselm.  
lib. de si-  
mili. cap.  
22.

Lnc. 19.

Psal. 17.

Bern. ser.  
2. de S.  
Andree.

Psal. 90.

Iob 7.

Lib. 7.

ditum dilapidabit: spiritu feruidus, qui nec minimam patitur virtutis iacturam, absque dubio nec apertum eius excidium, à graui peccato factum sustinebit. Et quemadmodum cum alio pugans, qui nec permittit ad se hostem accedere, numquam ab eo deicitur, neque illidetur in terram: sic qui primum aduersarij fugit accessum, difficillimè in peccatum alicuius momenti deturbabitur. Sciebat hoc optimè Eusebius sanctissimus apud Theodoretum, qui zona ferrea in collum iniecta, curuus & inclinatus incedens, cum interrogaretur, quamnam utilitatem ex illa mortificatione susciperet, ista memorabili sententia respondit: Ne malignus daemon de magnis bellum gerat, conans auferre temperantiã, & iustitiam: & iram armans, & cupiditatem accendens, & vt fastu offerat, & superbia intumescam efficiens, & quacumque aduersus meam machinatur animam, conor hostem ad hæc praua traducere, in quibus etiam si vicerit, non magnum afferet detrimentum: & si victus fuerit, euadit magis ridiculus, vt qui ne in paruis quidem possit euadere superior. Quoniam ergo noui hoc bellum minus periculosum, non valde enim feritur, qui in his damni aliquid accipit (quod enim damnum est, vel videre campum, vel in cælum oculos attollere) ad hoc me genus pugnae transtuli. In hac enim nec me ferite potest, nec perimere. Non sunt enim hæc iacula letifera, vt quæ illis ferreis careant aculeis. ]O sapiens responsio! o digna sanctissimo viro sententia! o saluberimum consilium, & è cælis ad viros sanctos ac perfectos demissum: paruam vmbrae agritudinis cauent, & dum in eam incidunt, diligentissimè curant, ne sensim crescens, viretque resumens, in morbum periculosum transeat, minima etiam vulnera fugiunt, vt sint à magnis vulneribus, & à morte securi. Audiamus igitur, & opere suscipiamus consilium sapientis: Quasi à facie colubri fuge peccata. ] Qui enim sapiens est, non tantum serpentem aut colubrum fugit, sed etiam faciem colubri, id est, occasionem peccati, & primum eius ingressum perhorrescit.

Theodor.  
historia  
sanct. in  
Eusebio.

Ecclesi. 21.

*Obluiscenda à viro religioso præterita,  
& sectanda futura.*

CAPVT XVII.

**D**IVITVM consuetudo est, res minimas tamquam nullius pretii, & valoris despiciere, & sæper ad magnas & superbas anhelare. Neque enim vnus oboli aut alicuius vestis detritæ, aut rei similis vllam rationem habent, sed facillè eam aut perdunt, aut dissipant, aut postulant tribuunt: solamque magni momenti substantiam, aut nimis custodire, aut de nouo possidere constituunt. Idem omnino viris spiritualibus accidit, qui se diuites, & meritum plenos iudicant, nam superbia distenti, vel (vt verius dicam) pusillanimitate cordis angustati, adeptis bonis contenti sunt, & nec minimam iacturam, à paruis defectibus ortam metuunt, nec aliquid emolumentum ex bono opere, quod nunc offertur, æstimant, & ad sola quædam merita magna, & virtutis actiones eximias, quarum gerendarum numquam occasionem habebunt, vehementer aspirant. Quæ cum numquam, aut rarissimè sese offerant, & isti meritis diuites (vt ipsi de se putant) multa minuta ex quotidianis defectibus perdant, & parua lucra

**A** ex comunibus operibus bonis, quæ omittunt, non sine magna temeritate contemnant, fit vt semper pauperes imperfecti, & multis miseris implicati persistant. Hæc autem cogitatio, quò diuites sunt, & nulli egeant, inde in mentibus eorum exoritur; quòd præterita contemplantur, & minimè futura respiciunt. Considerant enim annorum multitudinem in vita religiosa, aut spirituali consumptam, corporis asperitates susceptas, labores pro animabus conuertendis exantlatos, onera paupertatis, castitatis, & obedientiæ portata, merita in oratione, in Dei cultu, & in aliis piis operibus conquisita. Non verò cogitant, quantum illis ad veram perfectionem desit, quantum à mentis puritate distent, quantum à viris sanctis superentur, quàm sæpe vitiorum, & prauorum affectuum incurfione vincantur: & ideo quasi diuites: paruos defectus tamquam magnæ substantiæ minimam iacturam non metuunt, & modica lucra communium bonorum operum, tamquam ferè nihil magnitudinem suorum meritum augentia despiciunt. Ecce originem illius magni mali, cuius supra meminimus, quod dum isti minima aspiciunt, in magna peribuntur, & dum minima lucra reiciunt, ex quibus magnum virtutis augmentum coalescit, numquam à verissima meritum paupertate discedunt. Sed illos vita religiosa mendicos excepit, semper virtutis & meritum pauperes tenet, & in extremis pauperes, & imperfectos sepultura restituet.

**C** Quod nam est huius mali remedium, quæ huius vana cogitationis remotio, quæ ineptæ huius existimationis medicina? Illa sanè, quam Paulus mentibus infirmis adhibuit, vt bona præterita à nobis facta obliuiscamur, & quæ nondum fecimus, sedulo cogitemus, & tota mentis deuotione sectemur. Hoc quidem documentum naturam medicamentorum sortitum est, quæ solent esse gustui insuauia, corpori verò salubria: sic obliuisci bona, quæ fecimus, & bona, quæ non fecimus, contemplari, minus sapit, sed non parum animæ saluti conducit. Id inquam, minus sapit, quoniam naturale est homini, sicut fatigato viatori, oculos in terga vertere, & viam, quam iam pedibus mensus est, non sine voluptate respicere, quod autem ambulandum superest, quia tristitiam ingerit, à cordis meditatione reicere: Quòd si hoc naturale est, & omnia naturalia Deus suauitate condiuit, vtique suaue erit, bona iam habita aspiciere, & pro non habitis nequaquam sollicitari, vnde oppositum erit insulsum, iam habita, & elaborata obliuioni tradere, & necdum adepta respicere. Sed quantum id animæ utilitatem afferat, sanctus Dauid non obscure profertur, dum ad hanc præteritorum laborum obliuionem, & nondum susceptorum recordationem, concedi sibi tempus exposcit. Locutus sum, inquit, in lingua mea. Notum fac mihi Domine finem meum & numerum dierum meorum quis est; vt sciam, quid sit mihi. ] Non scire principium, sed finem exoptat, non cognoscere, quod sibi adest, sed quod sibi deest, concupiscit, quia præteritorum laborum consideratio, illum ad superbiam, & vanam securitatem impellebat; maiorum verò bonorum nondum adeptorum priuatio ad humilitatem, ad timorem, & ad novos pro Deo labores suscipiendos incitabat. Finem suum, id est, vitæ suæ perfectionem querit, numerum dierum suorum, id est, novos virtutis profectus, ad quos est vocatus, inquit, optimè dierum nomine designatos, quos latius solis iustitiæ super nos, radiis suæ gratiæ profert, & à potestate caliginis, & tenebrarum educit. Ad quid

Psal. 38.

verò

verò talis postulatio, nisi vt præterita merita nobis adaugeat, & quod itineris superest, alacriter currat. In hoc autem adolefcens ille deliquit, qui à Domino assequendæ felicitatis rationem quæsiuit. Magister bone, dixit, quid boni faciam, vt habeam vitam æternam? ] Et ex subsequenti constat, cum vniuersa mandata seruasse, quem id simpliciter confidentem, Christus benignis oculis intueus est, & singulari amore dilexit. In quo ergo minùs prudèter se gessit? In hoc profectò, quòd in præterita sua bona oculos mentis iniecit, & necdum à se facta præterit. Dicit ipse, vt Dominum ad suam ipsius laudationem alliceret: Omnia hæc custodiui à iuuentute mea, quid adhuc mihi deest? ] nihil tibi deest ex ore Domini audire desideras. At Saluator noster magister optimus, qui ita discipulos suos de præteritis laboribus laudat, vt semper nouos cælestis disciplina profectus, ab illis requirat, quid dixit: Non quidem, nihil tibi deest, sed vnū tibi deest: Vade, quæcumque habes, vende, & da pauperibus, ] eum ad præteritorum bonorum obliuionem, & futurorum recordationem inuitans, vt videlicet viator ampliùs ambularet, & discipulus ampliùs addiceret. Contristatus est ille, & abiit mœrens, quia nihil sibi defuisse putauerat, qui si in ea, quæ non habebat, oculos animæ intenderet, & quantum sibi deesset, cognouisset, & cælesti doctrina animatus, iter perfectionis arripuisset. O quantos similes adolefcens vita religiosa progignit, qui nõ matris incuria, sed sua ipsorum negligentia, nonnulla virtutis imagine satiantur, & eâ veritate perficere, & singulari puritate expolire non curant. Quibus si subliorem doctrinam perfectionis ingeras, & ad deponendas imperfectiones, & feruoris viam ingrediendam instigas, imprudens stultusque videberis, & tamquam nouitatum annunciator irrideberis.

Isti quidem infirmi sunt, quos morbus superbiæ, & inualetudo tepiditatis exagitat. Nam sicut ægrotus febribus laborans, solet in lectulo nullam requiem habere, & iam in isto loco, vbi temperiem à calore experitur, iam in illo, vbi refrigerium aliquod sentit, seipsum collocare: ita isti in bonis iam factis, & in studiosa vitæ, quam profitentur, consideratione delectantur, ab his verò, quæ non habent, tamquam ab stimulis eos à somno excitantibus, & à perfectæ vitæ meditatione diffugiunt. Sed si infirmi sunt, saluberrimum medicamentum à Paulo inuentum, aut ab Spiritu sancto dictatum admittant. Quod eò maioris momenti apud eos esse deberet, quòd videant ipsum Paulum sapientissimum medicum non solum alios imperfectos, sed semetipsum iam perfectum huius medicaminis applicatione curasse. Fratres, inquit, ego me non arbitror comprehendisse. Vnum autem, quæ quidem retrò sunt, obliuiscens, ad ea verò, quæ sunt priora, extendens meipsum, ad destinatum persequor, ad brauium supernæ vocationis. ] Nondum inquam, palmam accepi, nec plenam de hoste victoriam reportavi, nec ad præmium mansionem cælestium mihi constitutum, perueni, & ideo vnum mihi summis conatibus exquirendum assequendumque constitui. Et quod nam est istud vnum, ô Paule, quod veluti omnibus præfers, & tibi satis esse pro omnibus ad præmij assequutionem existimas? Illud sanè vt præteritos meos labores obliuiscar, vt iam partas à me diuitias, quasi ex memoria deleam, vt acceptæ iam sanctitatis non recorder, sed quasi spiritualis tyro, & nouus miles, quantum mihi datum fuerit, noua bella suscipiam, noua pericula aggrediar, & nouos triumphos de hoste reportem. Et quare, ô Apostole

sancte, hoc vnum remedium tam efficax ad arripendam gloriæ coronam existimas? Quia hoc superbiam proterit, humilitatem auget, feruorem accendit, gratiam promeretur, quod iam lucrati fumus, custodit, & quod nobis deficit, grauius, & diligenter exquirat. Hoc vnum, quod tanti facit Apostolus, beatitudinis est, ac felicitatis initium. Nam, vt inquit Hieronymus, Felix est, qui quotidie proficit, qui non considerat, quid heri fecerit, sed quid hodie faciat, vt proficiat. ] Felix, non quia iam præmium felicitatis possideat, sed quia viam certissimam felicitatis ingreditur. Si enim Ducem, aut Comitem possemus vocare eum, qui illud facinus præterit, cui status Ducis, aut Comitatus promissus est, cur non felix, ac beatus appellabitur, qui eam vitæ rationem instituit, cui non rex terrenus, qui fallere potest, sed Imperator cælestis, cuius verba, licet cælum & terra traseant, non præteribunt, regnum suum, felicitatèque promittit. Vbi autè promittit? In illo quidem Evangelij loco: Beati serui illi, quos, cum venerit Dominus, inuenerit vigilantes: Amen dico vobis, quòd præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Et si uenerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia uenerit, & ita inuenerit, beati sunt serui illi. ] Qui namque sunt isti semper vigilantes, & numquam dormituri, nisi illi, qui præteritorum bonorum obliuiscunt, semper ad noua augmenta virtutis aspirant? Illi scilicet, quia ac si prima hora noctis, id est, in initio conuersionis dormierint ( & tamen non dormierunt, sed vigilarunt ) magno feruore secundam noctis vigiliam custodiunt, vt à se negligenter omissum in hora præsentis recuperent: & qui ac si in secunda vigilia dormitauerint, & in vitæ spiritualis progressu, otiosam vitam duxerint, ( & tamen non duxerunt, sed satis negotiosam ) in tertia vigilia, ac sine vitæ tanta sollicitudine virtutis incrementis inuigilant, ac si velint omnia antè perditam refarcire. Isti felices, ac beati ore Domini pronunciantur, quoniam eos ipse Dominus vigilantes inueniens, nequaquam cordis eorum desiderio fraudabit.

Ita ergo nos medicamen istud defectibus & negligentis nostris applicemus, vt primò præteritorum obliuiscamur, nec improperemus Domino, quod pro eo in religiosa vitæ, hucusque perficimus. Si enim Dominus dat omnibus affluenter, & non improperat, ] cur nos, qui quantumlibet desideramus, nihil dedimus, exprobrabimus ei, tantillum vitæ nostræ, quod in eius obsequium impendimus. Homines mundi acquiruntur opum, aut dignitatum, aut voluptatum obliuiscuntur, vt semper nouas, maioreque conquirant? cur homines Dei, & spirituales viri non obliuiscuntur bonorum operum, & piorum laborum, quæ antea aut fecerunt, aut sustinuerunt, vt noua semper recordantur, tum virtutis, tum præmij cælestis augmenta? Et in hoc profectò maior ratio obliuionis præteritorum, & desiderij nouorum profectum est, quoniam illa temporalia ad luxum reiicienda sunt, ad necessitatem verò in satis moderata mensura sufficiunt, at spiritualia nullo desiderij termino concludi debent, quæ per seipsa honesta sunt, & non corporis gratia quæruntur, & quòd celsiora fuerint, eò in patria nostra maiorem mercedem accipient. Quare Bernardus egregiè ardentiora in viris spiritualibus bonorum spiritualium, quam in mundanis bonorum temporalium desideria requirit. Vtinam fratres, inquit, nos sic essemus cupidigratiæ spiritualis, quemadmodum seculares

sancte, hoc vnum remedium tam efficax ad arripendam gloriæ coronam existimas? Quia hoc superbiam proterit, humilitatem auget, feruorem accendit, gratiam promeretur, quod iam lucrati fumus, custodit, & quod nobis deficit, grauius, & diligenter exquirat. Hoc vnum, quod tanti facit Apostolus, beatitudinis est, ac felicitatis initium. Nam, vt inquit Hieronymus, Felix est, qui quotidie proficit, qui non considerat, quid heri fecerit, sed quid hodie faciat, vt proficiat. ] Felix, non quia iam præmium felicitatis possideat, sed quia viam certissimam felicitatis ingreditur. Si enim Ducem, aut Comitem possemus vocare eum, qui illud facinus præterit, cui status Ducis, aut Comitatus promissus est, cur non felix, ac beatus appellabitur, qui eam vitæ rationem instituit, cui non rex terrenus, qui fallere potest, sed Imperator cælestis, cuius verba, licet cælum & terra traseant, non præteribunt, regnum suum, felicitatèque promittit. Vbi autè promittit? In illo quidem Evangelij loco: Beati serui illi, quos, cum venerit Dominus, inuenerit vigilantes: Amen dico vobis, quòd præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Et si uenerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia uenerit, & ita inuenerit, beati sunt serui illi. ] Qui namque sunt isti semper vigilantes, & numquam dormituri, nisi illi, qui præteritorum bonorum obliuiscunt, semper ad noua augmenta virtutis aspirant? Illi scilicet, quia ac si prima hora noctis, id est, in initio conuersionis dormierint ( & tamen non dormierunt, sed vigilarunt ) magno feruore secundam noctis vigiliam custodiunt, vt à se negligenter omissum in hora præsentis recuperent: & qui ac si in secunda vigilia dormitauerint, & in vitæ spiritualis progressu, otiosam vitam duxerint, ( & tamen non duxerunt, sed satis negotiosam ) in tertia vigilia, ac sine vitæ tanta sollicitudine virtutis incrementis inuigilant, ac si velint omnia antè perditam refarcire. Isti felices, ac beati ore Domini pronunciantur, quoniam eos ipse Dominus vigilantes inueniens, nequaquam cordis eorum desiderio fraudabit.

Ita ergo nos medicamen istud defectibus & negligentis nostris applicemus, vt primò præteritorum obliuiscamur, nec improperemus Domino, quod pro eo in religiosa vitæ, hucusque perficimus. Si enim Dominus dat omnibus affluenter, & non improperat, ] cur nos, qui quantumlibet desideramus, nihil dedimus, exprobrabimus ei, tantillum vitæ nostræ, quod in eius obsequium impendimus. Homines mundi acquiruntur opum, aut dignitatum, aut voluptatum obliuiscuntur, vt semper nouas, maioreque conquirant? cur homines Dei, & spirituales viri non obliuiscuntur bonorum operum, & piorum laborum, quæ antea aut fecerunt, aut sustinuerunt, vt noua semper recordantur, tum virtutis, tum præmij cælestis augmenta? Et in hoc profectò maior ratio obliuionis præteritorum, & desiderij nouorum profectum est, quoniam illa temporalia ad luxum reiicienda sunt, ad necessitatem verò in satis moderata mensura sufficiunt, at spiritualia nullo desiderij termino concludi debent, quæ per seipsa honesta sunt, & non corporis gratia quæruntur, & quòd celsiora fuerint, eò in patria nostra maiorem mercedem accipient. Quare Bernardus egregiè ardentiora in viris spiritualibus bonorum spiritualium, quam in mundanis bonorum temporalium desideria requirit. Vtinam fratres, inquit, nos sic essemus cupidigratiæ spiritualis, quemadmodum seculares

Ita ergo nos medicamen istud defectibus & negligentis nostris applicemus, vt primò præteritorum obliuiscamur, nec improperemus Domino, quod pro eo in religiosa vitæ, hucusque perficimus. Si enim Dominus dat omnibus affluenter, & non improperat, ] cur nos, qui quantumlibet desideramus, nihil dedimus, exprobrabimus ei, tantillum vitæ nostræ, quod in eius obsequium impendimus. Homines mundi acquiruntur opum, aut dignitatum, aut voluptatum obliuiscuntur, vt semper nouas, maioreque conquirant? cur homines Dei, & spirituales viri non obliuiscuntur bonorum operum, & piorum laborum, quæ antea aut fecerunt, aut sustinuerunt, vt noua semper recordantur, tum virtutis, tum præmij cælestis augmenta? Et in hoc profectò maior ratio obliuionis præteritorum, & desiderij nouorum profectum est, quoniam illa temporalia ad luxum reiicienda sunt, ad necessitatem verò in satis moderata mensura sufficiunt, at spiritualia nullo desiderij termino concludi debent, quæ per seipsa honesta sunt, & non corporis gratia quæruntur, & quòd celsiora fuerint, eò in patria nostra maiorem mercedem accipient. Quare Bernardus egregiè ardentiora in viris spiritualibus bonorum spiritualium, quam in mundanis bonorum temporalium desideria requirit. Vtinam fratres, inquit, nos sic essemus cupidigratiæ spiritualis, quemadmodum seculares

Ita ergo nos medicamen istud defectibus & negligentis nostris applicemus, vt primò præteritorum obliuiscamur, nec improperemus Domino, quod pro eo in religiosa vitæ, hucusque perficimus. Si enim Dominus dat omnibus affluenter, & non improperat, ] cur nos, qui quantumlibet desideramus, nihil dedimus, exprobrabimus ei, tantillum vitæ nostræ, quod in eius obsequium impendimus. Homines mundi acquiruntur opum, aut dignitatum, aut voluptatum obliuiscuntur, vt semper nouas, maioreque conquirant? cur homines Dei, & spirituales viri non obliuiscuntur bonorum operum, & piorum laborum, quæ antea aut fecerunt, aut sustinuerunt, vt noua semper recordantur, tum virtutis, tum præmij cælestis augmenta? Et in hoc profectò maior ratio obliuionis præteritorum, & desiderij nouorum profectum est, quoniam illa temporalia ad luxum reiicienda sunt, ad necessitatem verò in satis moderata mensura sufficiunt, at spiritualia nullo desiderij termino concludi debent, quæ per seipsa honesta sunt, & non corporis gratia quæruntur, & quòd celsiora fuerint, eò in patria nostra maiorem mercedem accipient. Quare Bernardus egregiè ardentiora in viris spiritualibus bonorum spiritualium, quam in mundanis bonorum temporalium desideria requirit. Vtinam fratres, inquit, nos sic essemus cupidigratiæ spiritualis, quemadmodum seculares

Ita ergo nos medicamen istud defectibus & negligentis nostris applicemus, vt primò præteritorum obliuiscamur, nec improperemus Domino, quod pro eo in religiosa vitæ, hucusque perficimus. Si enim Dominus dat omnibus affluenter, & non improperat, ] cur nos, qui quantumlibet desideramus, nihil dedimus, exprobrabimus ei, tantillum vitæ nostræ, quod in eius obsequium impendimus. Homines mundi acquiruntur opum, aut dignitatum, aut voluptatum obliuiscuntur, vt semper nouas, maioreque conquirant? cur homines Dei, & spirituales viri non obliuiscuntur bonorum operum, & piorum laborum, quæ antea aut fecerunt, aut sustinuerunt, vt noua semper recordantur, tum virtutis, tum præmij cælestis augmenta? Et in hoc profectò maior ratio obliuionis præteritorum, & desiderij nouorum profectum est, quoniam illa temporalia ad luxum reiicienda sunt, ad necessitatem verò in satis moderata mensura sufficiunt, at spiritualia nullo desiderij termino concludi debent, quæ per seipsa honesta sunt, & non corporis gratia quæruntur, & quòd celsiora fuerint, eò in patria nostra maiorem mercedem accipient. Quare Bernardus egregiè ardentiora in viris spiritualibus bonorum spiritualium, quam in mundanis bonorum temporalium desideria requirit. Vtinam fratres, inquit, nos sic essemus cupidigratiæ spiritualis, quemadmodum seculares

Hieron. in Psal. 83.

Lucæ 12.

Iacob. 1.

Bern. ser. de alius. dine g. bastudi ne cordis.

homines pecuniæ temporalis. Debuimus certè, & multum debuimus vincere in bono malum, & tanto amplius desiderare, quanto pretiosius est, quod desideramus, sed vti nam, vel æquales esse possumus. Magna enim est confusio, magna valde, quod ardentius illi perniciose desiderant, quam nos vtilia citius illi ad mortem properant, quam nos ad vitam. Quanto enim desiderio pecuniæ crucietur auarus, quanto gloriæ appetitu ambiciosus exarsuerit) quam violenter denique sua trahat quemque voluptas, quis explicet? Videas certè eos quicquid adepti sunt parui pendere, non attendere quanto labore & desiderio ea vix tandem consequi poterit: quoniam vilescunt eis omnia præ desiderio minoris fortè rei, quam alteri cæperint inuidere. Et tu ergo non magnopere cogites, quæ tibi videris habere, nisi fortè interdum, vt gratias agere possis, & te noveris debitorem ei, qui dedit: seu gratia consolationis, cum id necesse fuerit, ne qualibet ex causa tristior fias. De cætero ea semper magis attende, quæ alius habet, tu non habes: quod hæc cogitatio in humilitate te custodiat, & a descensu tepiditatis elonget, magis autem & accendat desiderio proficiendi. ] Tanto autem magis nos, quam mundani bonorum præteritorum obliuisci deberemus, quanto dispar est in vtriusque huius obliuionis vtilitas. Quia si illi bonorum, quæ iam habent, obliuiscantur, suum visibilibus, & temporalium exaequant, quæ illos magis inquietat, magis fœdat, magis facit bonorum cœlestium indignos: nos verò, si bona præterita, quæ fecimus, ex memoria deleamus, sicut, ac desiderium inuisibilem accendimus, quod nos quotidie magis nobilitat, magis mundat, & capaciores reddit, ac possessores perfectæ virtutis. Si verò illi è contra iam parta bona respiciant, & terminum suis desideriis imponant, sapientes sunt, qui in proprio corde rebus cœlestibus locum relinquunt: Sed si nos bona præterita contemplerur, vt à labore quiescamus, insipientes sumus, & stulti, quoniam superbiam & tepiditati ianuam aperimus. Quod & Bernardus eodem loco professus est, dicens: Vide autem quantum è regione malum cogitatio illa parturiat, qua sedulo veritas in animo, quod tibi habere videris, & alterum quempiam ætinas non habere. Hinc enim eleuatis in superbiam, dum te præponis alteri. Hinc proficere negligis, dum te magnum quempiam arbitraris. Hinc demum incipis, & deficere, dum tibi alterius comparatione etiam nimis egisse videris, sicque in tepiditatem incidis, & incipis remissius agere. ] Istam itaque partem illius vnus, quod Paulus tanti fecit, arripiamus, vt scilicet præteritorum laborum, & meritum obliuiscamur, & ea non nisi ad gratitudinem & ad incitamentum amoris in memoriam reuocemus.

Altera autem pars prætermittenda non est, vt scilicet, quæ nobis perfectionis & virtutis defunt, inspicimus, & veluti pauperes, & meritum indigi ea lucrari & adipisci curemus. Nam medici quæcumque viderint, siue ad cibum, siue ad indumentum; siue ad apparatus pertinentia, solent magna auaritate percipere, & si possunt, diligenti sollicitudine comparate, vt explosa paupertate diuitum conditionem assumant. Ne eorum cura & diligentia nos vincat, sed quandoquidem virtutis, & donorum supernaturalium pauperes sumus, ea quæ nobis defunt cupiamus, & solertissimo seruire adipisci curemus. Ne nos illa Domini exprobratio comprehendat: quoniam filij huius sæculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt. [ Occasio-

nes lucrandi, & spiritu proficiendi libérrimè suscipiamus: & sicut mercator alacriter emptorem excipit, cui suas merces diuendens, ab eo pecuniam pro mercibus non sine lucro recipiet: ita & nos lætanter labores, pressuras, & quæcumque molesta sustineamus, modò inde aliquid meritum augmentum nobis obtingat. Imò sicut illi facibus cupiditatis impulsu solent transeuntes ad emendum inuitare, & importunis vocibus suas merces laudare, & nolentes etiam ad emendum allicere, sic optimè nobiscum ageretur, si eorum imitatores effecti, occasiones nos mortificandi, & aliquid pro Christo patendi quæreremus, & actiones studiosas, vel visitandi infirmos, vel inseruendi senibus, vel humilia obsequia præstandi, quasi ad alios fratres transeuntes, sancta quadam importunitate apud nos detineremus. Erubescat vir Deo consecratus, quia mundani homines in acquirendis rebus creatis, quam ipse in gratia Dei, & donis cœlestibus comparandi magis insudant. Hoc enim Abbatem Pambum ad fletum, & lacrymas profundendas incitauit. Cum enim vidisset mulierem theatralem, compram, & diligenter ornatam, amarissimè fleuit: interrogatus autem, quare plorauerit, ita respondit: Duæ me res mouerunt: vna, quæ est illius perditio: altera verò, quod ego non tantum studeo placere Deo, quantum hæc, vt turpibus placere possit hominibus. Iste profecto Abbas diligentissimè custodiebat consilium Pauli, quod tractamus: quæ retro sunt obliuiscens, ad anteriora extendo meipsum: nam hæc bonorum adeptorum obliuio, & non adeptorum recordatio, eum reddebat istorum cupidum, & minimè pro illis iam adeptis securum. Ita certè nobis faciendam est, si volumus ad nonnullam perfectionem ascendere, quia istam tepidi & parui progressus iam habiti non possunt inferre, sed magni profectus nondum habiti comparate. Neque enim absolutus est debitor, inquit Gregorius, qui multa reddit, sed qui omnia: nec ad brauiam victoriæ peruenit, qui in magna parte spectaculi velociter currit, si iuxta metas veniens, in hoc quod est reliquum, deficit. Neque ad quælibet destinata loca pergentibus, inchoando prodesse longum iter capere, si non etiam totum valerent consummare. Qui ergo æternam vitam quærimus, quid aliud quam quædam itinera agimus, per quæ ad patriam festinamus? Sed quid prodest, quod carpinus multa, si ea, quæ ad porteniendum restant, negligimus reliqua? More itaque viatorum nequam debemus aspicere, quantum iam iter egimus, sed quantum superest, vt peragamus: vt paulisper fiat præteritum, quod indefinenter, & timidè adhuc attenditur futurum. Amplius igitur debemus inspicere, quæ bona necdum fecimus, quam ea, quæ iam nos fecisse gaudemus. ] Si multum debiti persoluisse, aut multum itineris peregisse non sufficit, vt quis aut iustitiæ partes impleuerit, aut præmium victoriam acceperit: quanta stultitia erit, post vnum vix obolum solutum, aut post paululum itineris confectum amplius nolle persolvere, amplius nolle currere, sed de iam factis gloriari?

Illud verò ad obliuionem bonorum operum, quæ iam fecimus, & curam eorum, quæ nondum fecimus, maxime conferet, si nos semper incipientes putemus, & quotidie viam spiritus incipere cupiamus: si persuadeamus nobismetipsis, quia imperfecti sumus, & non ficti, sed verè dicamus, adhuc nihil feci, nihil laboravi, iam vel in senectate volo incipere seruire Deo, volo ita seruire & sanctè viuere, vt possim in fine saluari. Magnum est sanè donum Dei, dum quisque iustus sic de seipso

Lib. 8.  
hist. tri-  
partita,  
cap. 1.

philip. 3.

Greg. 22.  
Mor. c. 6.

Ber. ibi.

Luca 16.

sentit.

sentit, & se imperfectum & peccatorem animaduertit. Quod ille Angelus pro iusto ad Deum loquens apud Iob postulabat, dicens: Consumpta est caro eius à supplicis, reuertatur ad dies adolescentiæ suæ. Ac si dixisset, iam eum mortificationis flagella domarunt, & abnegationis supplicia consumplerunt, recipiat vel nunc istud donum, vt ad dies adolescentiæ redeat, & se non magnum, non virtute prouectum, vt superbiat, sed vt crescat, se paruulum, & incipientem aspiciat. Ne post aliquot virtutis labores illa Ezechielis maledictione tangatur; Quo pulchrior es descende, & dormi cum incircumcisus. Quia qui de adepta se pulchritudine iactat, non ascendit, sed ita solet præ superbia descendere, vt vitæ conuersatione cum incircumcisus dormiat, id est, ad vitam sæcularium se demittat. Auferet Dominus spiritum suum, quem segnis, & superbus otiosum tenet, & ipse deficiet, & in puluerem suum reuertetur, & qui per superbiam sanctum se, & Deo similem putauit, in cinerem ac puluerem pristinarum imperfectionum se conuersum inueniet. Semper ergo nos incipientes iudicemus: semper non perficere, sed incipere existimemus: quia, vt etiam Gregorius ait: Humana mens dum igne amoris excoquitur, semper in se seruat claritatem pulchritudinis quotidiana inuolutione feruoris. Nescit enim mens per torporem veterascere, quæ studet per desiderium semper inchoare. Hinc namque per Paulum dicitur: Renouamini spiritu mentis vestræ. Hinc Psalmista, qui ad perfectionis iam culmen peruenerat, quasi inchoans dicebat: Dixi, nunc cœpi. Quia videlicet si lassescere ab inchoatis bonis nolumus, valde necesse est, vt inchoare nos quotidie credamus. Ista vera cogitatio est, quia omnis nostra perfectio vix est sanctitatis initium, si cum ea, ad quam peruenire possumus, conferatur. Est etiam utilis, & salubris existimatio, quoniam bona iam facta in reposito humilitatis secura recondit, & ad quærenda non habita vehementer accendit. In quæ si prioribus bonis oblitus nos extenderimus, noster spiritus nouis desiderijs renouatus, quotidie proficiet, & vt lux splendet, & procedet vsque ad nonnullam perfectionis diem.

*Desideria in conuersionis initio, alt religioſis concepta, diligenter conseruanda.*

### CAPVT XVIII.



VI prædictum documentum mente concepit, debere scilicet nos bona iam facta obliuioni committere, nondum præstita attendere, & ita nos gerere, ac si propositum nobis esset, quotidie vitam spirituales inchoare, fortassis admittans dicit cum Nicodemus: Quomodo possunt hæc fieri? Et quomodo potest homo nasci, cum sit senex? numquid potest in ventrem matris suæ iterato introire, & renasci? Quo pacto scilicet, qui ab ipsa pueritia vitam religiosam aggressus est, & in monastica, aut cenobitica institutione consenuit, potest quasi de nouo spiritualis vitæ iter arripere, & quotidie virtutis studium, & exercitacionem inchoare? Præsertim cum omnia rerum initia debilia sint, & imperfecta, fines verò perfectionis accessione roborentur: quare sapientius esset cogitare, quod singulis diebus iter

A virtutis consummamus, quam quod quasi nuper cenobiū ingressi, illud ipsum iter incipimus. Quid possumus ista obicienti respondere, nisi quod Dominus Nicodemo respondit: Tu es magister in Israël, & hæc ignoras? An nescis, quia aliud est quotidie incipere, aliud verò ita te gerere, ac si omnibus momentis inciperes? Quoniam quotidie incipere videtur esse, nihil stabiliter persequi, in nullo opere virtutis persistere, nihil quod cœptum est, ad vmbilicam perducere: at quotidie ita te habere, ac si tuac inciperes, & in virtutis actionibus diligenter & strenuè procedere, & veluti si nihil factum esset, sollicitè laborare. Qui enim aliquod opus magni momenti incipit, mirum est quanta attentione, & mentis vigilatiā initis incumbat, quam si in operis prosecutione, & in fine teneret, nec à prima sollicitudine caderet, pulcherrimè, ac felicissima cœptum opus perficeret. Ita & nos si tam sollicitè viā perfectionis sequeremur, quàm cœpimus, breui tempore ad magnum profectum veniremus, quia verò post paululum temporis lassescimus, & primum feruorem remittimus, ideo non crescimus, nec affectus inordinatos superamus. Sed quam ratione aliquis in primo feruore persistet, & à prima vigilantia, qua vitam spirituales inceptit, non excidet: Si desideria in conuersionis exordio à Domino excitata custodiat, & à sua mente elabi non sinat. Quod Abbatis Agathonis fuit salubre consiliū, ita dicens: Vide qualis fueris prima die, quando existi de sæculo, & receptus fuisti in clauſtro, & talis permanc semper. Istud sanè dictum, si profundè intelligatur, vtilissimam habet doctrinam, quam qui diligenter custodierit, breui tempore multum proficiet, & diuino præsidio munitus, facile ad magnam perfectionem ascendet.

Non est quidem huius profundissimi axiomatis sensus, quod iustus, post multa curricula vitæ spiritualis e mensa, vel nihil amplius, & perfectius cupiat, quàm in exordio sanctæ conuersionis cupiebat, aut nõ maiorem virtutem, & puritatem habeat, aut suprema illa virtute, qua orsus est, & primo illo flore tyrocini contentus. Sicut enim qui humanis disciplinas profitentur, post decem annos laboris & lucubrationum, prouectiores sunt, & subtiliora cognoscere moliantur, quam cum mentem suam ad studia literarum applicauerunt, ita æquum est spirituales virum, post aliquos annos sanctæ conuersionis prouectiorem effectum, seipsum tyronem excedere, maiora, & sublimiora cupere, & sicut virtute, sic & desiderijs suam infantiam superare. Nouit hodie, aut heri ex Agypto se proripuit, & opera lateris & luti deseruit, non mirum si aliquando memoria in sæculum redeat, si lingua aliquid mundanum, aut minus religiosum personet, si cor vel superbia tumeat, vel accidia torpeat, vel minus honesta cogitatione ferreat, vel aliquem affectum sæcularem retineat. Religiosam autem vitam professus, tamquam veteranus miles has paruulorum imbecillitates extra domum cordis eliminavit, linguam ab inquinamento verborum ineptorum mundauit, memoriam à sæculi recordatione purgavit, & desideria rerum mundanarum abiecit. Nouitius est velut infans recens natus, cuius teneritas maiorem curam nutricis, id est, spiritualis magistri, cuius infirmitas delicatorem cibum, hoc est, mitiora onera petit, cuius pusillanimitas acrem reprehensionem non sustinet, sed si in aliquo delinquit, mel, & lac blandioris sermonis, & mansuetissimæ correptionis exposcit. Antiquus verò est veluti adolescens, aut vir, qui sine tanta

Iob 33.

Ezech. 32.

Greg. 22. M. r. c. 4.

Ephes. 4. Psal. 76.

Ioan. 3.

Dionys. refert. in scala. claus. 6.

Exod. 1.

Ioan. 5.

magistri spiritualis cura religiosè viuere, qui duriora laborum onera portat, & pro leui etiam culpa acerrimas increpationes perfert. Nouitius, vt arbuscula nunc fata, assidua irrigatione indiget, & aut minimum solis ardorem, aut nimium noctis gelicidium non sustinet, & si ferè quotidiana præferti admonitio deficiat, aut insurgat magna tentatio, statim arefcit. Professus, quasi arbor procera, & optimè radicata, sine aqua continuè exhortationis perseuerat, & magnas prosperitates, quasi ingètes solis ardores, & magnas aduersitates, quasi niues, atque pruinas, sine magno detrimento sustentat. Denique ille ait: Cum esset paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus. ] Ille verò dicit: Quando autem factus sum vir, euacuaui quæ erant paruuli. ] Desideria ergo exordij nostræ conuersionis seruare, non est in infantia permanere, non est paruulorum more sentire, non est virtutis studium nõ augere: non est nihil magnum nihil difficile, nihil perfectum concupiscere. Si ita prædictam sententiã abbatis Agathonis intelligas, & hoc modo eam custodite nitaris, non gradum aut ascensum ad perfectionem pones, sed magis in dies teipsum ad pristinas vilitates & imperfectiones deprimes. Quia tunc, cum nihil profeceris, sine vlla dubitatione deficies, & in deteriora laborabis. Vt enim supra diximus, qui non proficit, deficit, & in vita spiritus, quæ est continua quædam ascentio, ipse itatus defectio quædam est, & ipsum non progredi, regredi est.

Quid ergo est, quod dicimus religioso: desideria in initio tuæ conuersionis à Domino suscepta conserua, & ab illo primo statu non excidas? Illud certè, vt quisque tanta humilitate, tanto seruore, tanta vigilantia operibus virtutis, & propriæ abnegationis insistat, quanta in arrepti propositi religiosæ conuersationis exordio in studium omnis virtutis incubuit. Nam quemadmodum scholari, qui a primo adipiscendæ scientiæ seruore defecit, & in studendi, irrigandi, disputandi, & repetendi sollicitudine intepuit, solemus dicere, vt ad primum seruorem redeat, & antiquum conatum exsuscitet, & iuxta pristinam vigilantiam literis studeat: ita nunc religiosum tepescens, & curam proficiendi insensibiliter deponentem, hortamur, vt tyrocinij seruorem repetat, & desideria tunc habita perfectionis adipiscendæ non deserat. Consilium est hoc Ecclesiastici, dum ait: Non est minuere, neque adiciere, nec est inuenire magna Dei. Cum consummauerit homo, tunc incipiet, & cum quieuerit, aperiabitur. ] Magnalia Dei dicamus nunc perfectionis opera, ab omnibus creaturis auulsa, & perse considerata, quæ aded pulchra sunt, & perfecta, vt nec homo in illis defectum, nec excissum inueniat, nec eorum decorem, ac perfectiorem comprehendat. In his operibus, cum homo consummatus videtur, tunc ne ab adepta virtute cadat, debet quasi incipiens ad primum seruorem reuerti, & quasi nouitius inchoare. Si verò omninò quieuerit, & progredi vltra noluerit, tunc incipit esse mendicus, & pauper, & aperiabitur, id est, his qui se habere parabat, bonis indigebit. Magnus quidem Antonius istud documentum tanti momenti putauit, vt ei primas partes in vita spirituali derulerit. Semel enim fratres illius solitudinis alloquens, ita exorsus est. Hoc sit primum eunetis in commune mandatum, nullum in arrepti propositi vigore lascescere, sed quasi incipientem debere semper augere, quod cepit. ] Et iterum tempus resolutionis suæ instare conspiciens, hæc subditis suis salu-

berima verba, quasi ex testamento reliquit: Ego quidem filioli, secundum eloquia Scripturarum, patrum gradior viam: iam enim Dominus me inuitat, iam cupio videre cælestia. Sed vos, ò viscera mea, admoneo, ne tanti temporis laborem repente perdati. Hodie vos religiosum studium arripuisse arbitramini, & ceptæ voluntatis fortitudo succrescat. ] O consilium viri reuera magni, & amici Domino charissimi dignum, quod fidelibus Dei seruis proponeretur. Seruus namque, postquam multis annis hero suo sedulo diligentèrque seruiuit, non putat se obsequiis exemptum, sed denuo famulari incipit, ac si nihil hucusque seruiisset. Quod ab eo exigi non iniquum, imò iustum ad Saluatorem nostrum in hunc modum asseruit: Quis vestrum habens seruum arantem, aut pascentem, qui regresso de agro, dicat illi: statim transi, recumbe, & non dicat ei; para quod cœnem, & præcinge te, & ministra mihi donec manducem & bibam, & post hæc tu manducabis & bibes? Si quotidie noua obsequia à seruo petuntur, & post multos annos famulatus, nouus ei, ac si hodie inciperet, seruiendi labor indicitur; quid mirum, si nos ad tantam dignitatem admissi, vt serui Dei nominemur, & simus, quotidie debeamus incipere, & ardentia incipientium desideria conseruare? Qui hodie cœnobium ingressus, modò vocatus venerit, & desiderio perfecte viuendi, & se deticiendi, inuitatus, nullum laborem respuit, nullam molestiam refugit, nullum vile obsequium exhorret, vt pro peccatis suis satisfaciat, & seipsum humilitatis amore contemnat. Nos autem etiam post multos religionis annos, humilitate, & pro innumeris peccatis nostris satisfactione indigemus, quare igitur hodie non incipimus, quare primi seruatoris desideria postmittimus? Non sic Bernardus non sic, de quo iam ad contemplationis apicem sublimato ista legimus. Sic autem ab initio fuit inter nouitios nouitius, monachus inter monachos spiritu validus, corpore infirmus: nihil indulgentiæ, circa corporis quietem seu refectionem, nihil remissionis de communi labore, vel opere fieri sibi aliquando acquiescens. Cæteros namque sanctos esse arbitrabatur, & perfectos, se verò sicut nouitium, & incipientem, nequaquam emeritorum perfectorumque indulgentiis, & remissionibus indigere, sed seruore nouitio, & ordinis restrictione, & rigore disciplinæ. Propter quod communis vitæ seu conuersationis seruentissimus amulgor, cum opus aliquod manuum fratres actitarent, quod seu minor usus ei, seu imperitia denegabat, fodiendo, seu ligna cædendo, & propriis humeris deportando, vel quibuslibet laboribus æquè laboriosis illud redimebat. Vbi verò vires deficiebant, ad viliora quæque opera confugiens laborem humilitate compensabat. ] Nec deest nobis exemplum domesticum, quo seu iam viri, seu senes, ad incipiendum animemur. Nam & noster B. P. Ignatius, ordinis à se instituti præpositus Generalis effectus, tantum munus non ab alio, quàm à coginæ obsequiis, & vilissimis seruitiis, & ministeriis incipit. Quæ tanto seruore, tanta humilitate, & sui contemptu multis diebus exercuit, homo grandævus, & omni virtutum genere apprime decoratus, nec non & contemplationis gratia admirabilis, & illustrationibus diuinis sublimis, ac si tunc terrestrem militiam relinqueret, & spiritualis vitæ iter arripere. Quid est hoc nisi cum consummauerit homo, tunc incipiet, vt perfectus ad initium rediens, & singulis diebus incipiens sine intermissione spiritu crescat, & purior ac perfectior enadat?

1. Cor. 13.

Ecclesi. 18.

A. hanna.  
in vita.

Luca 17.

Lib. 1. vi.  
c. 4.Lib. 3. vi.  
c. 2.

Ecclesi. 18.

Tu itaque religioſe, qui vis proficere, & ad perfectionem aſcendere, prima illa tua conuerſionis deſideria non deſeras, ſimplicitatem illam & humilitatem nouitij, quantum ualueris, non deponas, ſed magis quotidie nouis incrementis adaugeas. Vide quanta tunc ueritate, mundum, & eius honores, & factus contempſiſti, & nunc ita contemne: quanta conſtantia tunc parentes, & fratres, & propinquos, & eorum proſpera, & aduerſa reliquiſti, & nunc ita relinquere: quanta fortitudine, delicias, & voluptates, & corporis curam immoderatam abiiciſti, & ita nunc abiice. Reuoca in memoriam, quam te puratiſti habitu religionis indignum, & modò talè te reputa: quam ſimpliciter facta aliorum iudicaſti, & in meliorem partem interpretatus es, & nunc ita iudica, & interpreta: quam pacienter adhortationes, correptiones, & iniurias ſuſtinuiſti, & nunc ita ſuſtine. Seridò conſidera, quam fuiliſti ipſo religioſæ conuerſationis initio in aperienda tua conſcientia clarus, in corrigendis defectibus feruidus, in oratione aſſiduus, in obedientia promptus, in uerbis circumſpectus, in cogitationibus cautus, in reprimendis inanibus deſideriis uigilans, & in geſtu, & in ceſſu modèſtus, & eundem te exhibere cura. Tandem conſidera, quanta tunc deuotione agros curabas, ſenibus inſeruebas, & omnia uilia domus obſequia præſtabas, & nunc maior effectus, ſi per occupationes maioris momenti licuerit, iſta humilitatis miniſteria non omittas. **Quantò magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam.** Illius etiam ſententia recordare: **Qui maior eſt in uobis, fiat ſicut minor: & qui præceſſor, ſicut miniſtrator.** Hæc enim eſt uera religioſæ uitæ magnitudo, & clara nobilitas, non priuilegijs, & exemptionibus creſcere, ſed maiori quotidie mortificatione, ſimplicitate, & humilitate fulgere. Ad hanc in primo feruore perfeuerantiam Abbas Pinuphius tyronem quemdam apud Ioannem Caſſianum his uerbis aſſatus eſt. Verſutus ſerpens calcanea noſtra ſemper obſeruat: id eſt, inſidiatur exitui noſtro, & uſque in finem uitæ noſtræ nos ſupplantare conatur. Et idcirco bene cœpiſſe nil proderit, nec pleno feruore renunciantibus arripuiſſe principia, ſi hæc congruus etiam finis ſimiliter non commendauerit, atque conſulerit: Chriſtiq; humilitas, atque paupertas, quam nunc coram ipſo profeſſus es, uſque ad extremum uitæ, quemadmodum arrepta eſt a te non fuerit cuſtodita. **Quanta uerò ſit eorum calamitas, qui a primo feruore tepefacti, in priorem ignauiam, & ſocordiam dilabuntur, ſuperius idem Abbas expoſuerat, dicens: Satis enim miſerum eſt, cum debeas à rudimentis ac primordijs tuis prouehi, & ad perfectionem tendere, etiam ab ipſis incipias ad inferiora decidere. Non enim qui cœperit hæc, ſed qui perfeuerauerit in his uſque in finè, hic ſaluus erit.** Nihil profectò, aut ſatis parum proderit, magna in ipſo conuerſionis exordio deſideria concepiſſe, ſublimia perfectionis opera aggredi ſtatuiſſe, & aliquantulum huius ſpiritualis itineris uelociter ambulauiſſe, ſi à primo illo tyronum ſtatu progreſſi, deſideria illa rerum magnarum abiicimus, propoſitum proficiendi, & nos humiliandi deponimus, & in initio ſemite læſi fatigatiq; ſedemus. Quia iſtud quodammodo eſt manum ad aratrum mittere, & reſpicere retrò. Retro agit enim, qui per ſegnitiem ſæculari uitæ, quam deſeruit, iterum appropinquat, & à primæua illa uitæ ſimplicitate, & puritate diſcedit.

Quotidianus ergo profectus, ab hac memoria,

A & exercitatione primorum deſideriorum maximè, dependet, quæ nos ad Dei uoluntatem explendam efficaciffimè excitat. Qui eam morum diſciplinam & uirtutis actiones à ſemetiſſis exigunt, quas in initio ſuæ conuerſionis exigebant, & iuxta præſcriptum illorum primorum deſideriorum corpus domant, niſi obſtet corporalis infirmitas, ſenſus cohibet, paſſionibus imperant, & religioſæ uitæ ſtatuta cuſtodiuunt, proculdubio ſunt feruentes ſpiritu, quos in hac uitæ ratione perfeuerantes, Dominus nequam perfectionis uacuos manere permittit. Feruens enim ſpiritu eſt, ut inquit Baſilius, qui cum ardenti ſtudio, & inexplebili cupiditate, & aſſidua diligentia uoluntatem Dei facit, in charitate Chriſti Ieſu Domini noſtri: conuenienter illi quod ſcriptum eſt, In mandatis eius cupit nimis. Iſta uiri feruentis deſcriptio optimè in illos quadrat, qui à primis illis deſiderijs, & à prima illa morum diſciplina numquam deſciſcunt. Si autem feruidi ſunt, non carebunt profectu, quem tanto feruore quaerunt, & tam ardentibus deſiderijs obtinere nituntur. Dominus enim à nobis, ut nos bonis ſuis cumulet, nihil aliud requirit, quam ut feruenter gratiæ cooperemur, & uitæ puritatè non ſegniter, ſed diligenter promouere nitamur. Nam hoc promiſit per Iſaiam, dicens: Et erunt campeſtria in caulas gregum, & uallis Achor in cubile armentorum populo meo, qui requiſierunt me. Mirabilis ſanè promiſſio, campeſtria deſerta, quæ uires anime ſignificare poſſunt, priùs ſanctis cogitationibus, & bonis deſiderijs uacue, gregibus, hoc eſt, ſanctis meritis, replebuntur, & uallis Achor, id eſt, turbatio, & cor humanum deſignat, requie & tranquillitate complebitur, aded ut in illo affectiones noſtræ cubent, & pacatæ requieſcant. Qui autem iſta mirabilia uidebunt, certè illi, inquit, qui requiſierunt me. Iſta diligēs Domini, & omnis uirtutis inquiſitio, requiem, & meritorum abudantiam conſequitur, quæ iuſtis & perfectis promiſſa eſt. Ne igitur iſto bono fruſtemur, obliuiſcamur omnia præterita, & quotidie nos inchoare credamus. Deſideria illa priora non areſcant, ſed magis quotidie floreat, & nos ad ſimiles fruſtus, id eſt, ad uitam humilem, & puram, & omnium terrenorum contemptricem impellant. Illa mentem ſui puritatis oblitam pulſent, cor tepiditate ſoporatum excitent, affectus uirtutis amore ſuccendat, qui amore excitati, quod amant, & quærūt, aliquando tandem obtinebunt. Id enim certiffimè ſperabat Dauid cum dicebat. Ve ſpere, & mane, & meridie narrabo, & annuntiabo, & exaudiet uocem meam. Nam qui non ſolū mane, id eſt, in uitæ ſpiritualis exordio ſed etiam meridie, & uel peri, nimirum in toto uitæ progreſſu eadem deſiderant, & deſideriorum uocibus miſerias, & indigentias ſuas Domino annuntiant, hi demum exaudiuntur, & audientes, fiat uobis ſicut uultis, quod enixè poſtulauerunt, accipiunt.

Baſil. reg. breui. interrog. 259.

Psal. 111.

Iſai. 65.

Psal. 54.

*Propria uocatio perfectionis certiffima uia à religioſo cenſenda.*

CAPVT XIX.

**T**A uitæ ſpiritualis documenta tradenda ſunt, ut ſimul eiufdem uitæ impedimenta, & dæmonis fallaciæ pandantur, ne dum progredi putamus, in uia initium regrediamur, & nihil egiffè iudicemur. Et ideo tali modo has uirtu-

Eccle. 3

Luce. 22.

Caſſian. li. 4. de inſt. c. 37.

Ibid. c. 36.

Matt. 10.

tis assequendæ præceptiones conteximus, vt earum A  
quæque non parum ad virtutem conferat, & simul  
aliquem aduersarij dolum aperiat. Quod vel ex ista  
præceptione, quam nunc dictamus, manifestè con-  
stabit. Desideria enim magna crescendi, & virtutes  
aggregandi, possunt; si non discretione moderentur,  
magnam ipsius virtutis, quam cupimus, iacturam  
facere, & nos in non minima inconuenientia  
iniicere. Quare Paulus ait: Omnia probate: quod  
bonum est, tenete; quasi desideria nostra, quæ etiam  
sub specie virtutis insurgunt; prius probanda, &  
examinanda sint, quàm in opus producenda. Et Ioannes  
ad idem exhortans: Nolite omni spiritui credere,  
sed probate spiritus si ex Deo sint; quoniã multi  
pseudopropheta exierunt in mundum. Et sicut  
falsi propheta visibilibus, ita demones, aut propriæ  
definitiones nostræ, inuisibilibus possunt nos decipere,  
& sub specie boni ad aliquid noxium incitare.  
Solent ergo viri spirituales, dum virtutem, ac  
mentis puritatem prouehere cupiunt, & omnibus  
modis se iuuare contendunt, non tantum propria,  
sed aliena quoque instrumenta complecti, vt optatam  
virginem exquirant. Imò interdum propria suæ  
artis instrumenta fastidiunt, & veluti onera impedi-  
entia reiciunt, & alienis, & sibi minus congruis,  
vtrudis iatendunt. In rebus tanti momenti clarè lo-  
quendum est, vt omnes ista legentes laqueos videant,  
& demones artes intelligant. Solent, inquam  
spirituales viri, puritatis amore capti, ad eam con-  
sequendam, subsidia à suo statu & vocatione præ-  
scripta respicere, & auxilia vocationis aliena con-  
quirere, vt ad finem destinatum perueniant. Verbi  
gratia. Carthusianus, aut alius vitam solitariam pro-  
fessus, solitudinem horret, vitam suam otiosam iudicat,  
minus aptam ad proficiendum existimat, hominum  
verò peccatorum confessiones excipere, ad  
populum conciones habere, & alia ministeria ani-  
marum, suspirat. Non potest iam illa reicere, & ista  
complecti, vocatione, ad quam vocatus est, contra-  
dicente, quid autè facit? illa nõ sine nausea, & tristi-  
tia suscipit, ista eo modo, quo sibi permittitur, dili-  
genter exequitur, & sub prætextu lucrandi animas,  
vitæ suæ tranquillitatè deserit, orationem iugem, &  
lectionem assiduam postponit, immoderata verò  
colloquia, & curas sæcularium admittit. Si autem  
ab illo quaeras, cur ita faciat, respondebit, quia ista  
aliena instrumenta aptiora mihi, & efficaciora iudi-  
co, vt optatam perfectionem accipiam. E cõtrã verò  
Prædicatorum ordinem, aut nostram Societatem  
professus, desiderio perfectionis accensus peccata  
aliorum in confessione audire metuit, literarum stu-  
dia fastidit, concionandi laborem horret, pia, & ne-  
cessaria cum sæcularibus colloquia auersatur, soli-  
tudinem verò amat, totam diem oratione & preci-  
bus consumere curat, immoderatas vigilias, ieiunia,  
& alias corporis asperitates suscipit, & breuiter, que  
solitariorum sunt, & amplecti, & implere cõcupiscit.  
At non valet, vel occupationes suæ vocationis  
abiciere, vel alienum viuendi modum, in suam reli-  
gionè inuehere. Sed quid facit? Illas occupationes,  
si possibile sit, fugit, sin minus illis cursum, festinan-  
ter, & non sine tristitia satisfacit: istas verò, quantum  
sibi permissum fuerit, opere complet, & sub proprio  
habitu alienam vitam arripit, & Carthusianus,  
aut eremita esse gessit. Id scilicet, vt non propriis  
subidiis, quæ minus efficacia putat, sed alienis, ad  
perfectionem ascendat.

Hanc aduersarij subdolum noxiamque tendicu-  
lam debent omnes religiosi magna contentione  
fugere, magna circumspèctione cauere. A qua, vt se

extricent, suam regulam ac suæ vocationis occupa-  
tiones proprias, certissimam ac tutissimam viam as-  
sequendæ perfectionis sciunt. Quin & sibi persua-  
deant aliena studia, licet per se sancta, & professori-  
bus eorum proficua, sibi vtilia non esse, sed magis  
adeptioni perfectionis officere. Sicut enim stultus  
esset faber ferrarius, qui vellet stylo, aut calamo, fer-  
ram domare, & ex eo operis quidpiam efficere: aut  
amanuensis, qui niteretur incude, & malleo char-  
tam scribere, & pulchros characteres delineare: ita  
in sapiens est solitarius, qui animarum ministeriis  
intendit virtute crescere, aut Prædicator, qui sola  
eremi tranquillitate cupit in puritate proficere. Hæc  
enim instrumenta sunt, quæ manu proprij artificis,  
& ad sibi congruum opus assumpta plurimum va-  
lent, ab alieno verò artifice accepta & ad opus mi-  
nus conueniens applicata, nullum vsum, & non mo-  
dicum nocumentum inducunt. Docet hoc clarissi-  
mum Pauli Apostoli exemplum, qui ad opus euangeli-  
zandi vocatus, alia opera, licet admodum præ-  
dicationi cognata respuebat, & non per se ipsum,  
sed per alios ministros executioni mandabat. Gratias  
ago Deo meo, inquit, quod neminem vestrum  
baptizauit, nisi Crispum & Caium: ne quis dicat,  
quod in nomine meo baptizati estis. Baptizauit  
autem & Stephanæ domum: ceterum nescio si  
quem alium baptizauerim. Et quare, o sancte Apo-  
stole fidelium pater, & gratiæ disseminator, bap-  
tizare refugis? Non enim misit me Christus, inquit,  
baptizare, sed euangelizare. Ministerium suum pru-  
denter exequitur, alia verò ministeria, licet sancta,  
licet Deo placita propriis ministris relinquit, ne  
suum munus quoquo modo impediât. Petrus etiam  
vt notauit Ambrosius, ad prædicandum vocatus,  
noluit Cornelium & socios aqua per se ipsam in-  
tingere, sed iussit eos baptizari in nomine Domini  
Iesu Christi: vt non inferiorum ministrorum, sed  
suum proprium ministerium impleteret. Apostoli  
quoque ceteri vocationem habentes prædicandi  
aiunt: Non est æquum nos derelinquere verbum  
Dei, & ministrare mensis. Et Apostolorum Domi-  
nus, qui animas curare venerat, negotiorum tem-  
poralium occupationes refugit, & se ad diuisionem  
hæreditatis vocantem hac oratione compescit: Homo,  
quis me constituit iudicem super vos? Ita omnia  
ad hoc tendunt: vt intelligamus, debere quem-  
quam secundum propriam vocationem viuere, &  
curare studiosis actionibus sibi assignatis, non alic-  
nis in puritate proficere. Sicut enim manus sua figu-  
ra, & actione perficitur, & pes figura pedis, & ani-  
mæ ambulandi suam perfectionem habet, neque  
vquam: aut figuram, & locum manus appetit, nec  
actionem manus, aut membri alterius usurpat: ita  
religiosa vitæ, quæ sunt veluti pulcherrima Eccle-  
siæ membra, non se ipsas confundant, nec vna fun-  
ctiones alterius præsumat, sed sit sua vocatione, &  
operatione contenta. Et sicut in vno corpore, vt ait  
Paulus, multa membra habemus, omnia autem mē-  
bra non eundem actum habent: ita Ecclesia per  
membra sua, id est, per diuersos itatus suos, non  
eundem actum, sed distinctas actiones exercet. Quis-  
que videat, ad quem statum pertineat, & illius ac-  
tiones subeat, sciens quia earum præsidio poterit  
esse perfectus.

Cælum sanè terminus est, ad quem & cupimus,  
& nitimur peruenire. Dominus autem, qui multas  
variasque cæli vias esse constituit, votis nostris, &  
conatibus annuens, congruam viam vniciquæ no-  
strum assignauit, per quam ambulantes possemus  
in cælum ascendere. Vnusquisque viam sibi à Do-

1. Thes. 5.

1. Ioan. 4.

B

C

D

E

1. Cor. 1.

Ambros. 1.

ad Cor. 1.

Act. 10.

Act. 6.

Luc. 12.

Rom. 12.

mino monstratam teneat, per eam iter arripiat, & alias alienis statibus aut professionibus assignatas ambulare non curet. Via autem cuiusque, regula sua est, quam diligenter custodiens, & magnum mentis profectum acquirit, & sibi ingressum cæli parabit. Nec sine efficaci testimonio dicimus regulam cuiusque, religiosæ vitæ viam esse cæli per quam religionis professores in cælum ascendunt, quod non humana coniectura, sed cælestis visio Gregorij auctoritate narrata confirmat. Sanctissimo namque Patriarcha religionum Benedicto vita functo, duobus fratribus longè à se invicem positus hæc revelatio facta est. Viderunt pulcherrimam viam à cella sancti viri in cælum vsque tendentem, aureis palliis ornatâ, & innumeris lampadibus coruscantem. Interrogati autem à mirâ dignitatis & splendoris viro, quæ esset illa via, & suam ignorantiam ingenuè professi, audierunt. Hæc est via, qua dilectus Domini cælum Benedictus ascendit. ] Interpretetur filius viam patris sui, & sui genitoris iter nobis edisserat. Quæ est enim via, inquit Bernardus, ab eius cella progrediens, nisi ordo, quem idem vir beatus instituit, & forma vitæ, quæ ab eo sumpsit exordium? Quia nimirum via Domini dilectus ascendit, quia non potuit vir sanctus aliter docere, quam vixit. Et hæc quidem eorum vel maxima fiducia est, qui ipsius vtrumque student in hære vestigiis, ipsum præceptorem, præmiûmque sequuntur. Neque enim venire aliquatenus in dubium potest, quin omnino sacer sit modus conuersionis, & diuina magis inspiratione, atque consilio, quam humana prudentia, vel adiuuentione formatus: quo nimirum tantam in vita gratiam sanctitatis, tantam post obitum gloriam felicitatis idem verè Benedictus obtinuit. ] Quem admodum ergo via, qua Benedictus, & omnes sui filij ascendunt in cælum regula suæ religionis est, ita regula, quam Franciscus accepit, est sibi, & filiis suis via, per quam ascendunt in cælum: & regula, quam Dominicus assumpsit, sibi & militibus suis est via, qua in mansiones cælestes adueniant: & regula, quam B.P.N. Ignatius diuinis illustrationibus affectus, scripsit, est sibi, & sociis suis via, qua ipsi regnum cælorum violenti diripiunt. Quare non est nobis quaerenda, nec præsumenda alia via, nisi ea, quam Dominus ipse cælorum, cuique nostrum dignatus est demonstrare, ne qui aliam præsumperit, & propriam, & alienam amittat. Nam sicut, qui manum habet aliqua gemma occupatam, dum aliam vult simul apprehendere, solet vtraque priuatus manere: ita qui studiis propriæ uocationis insistens, curat simul alterius professionis exercitiis occupari, vtraque perdit, quia nec suis, nec peregrinis satisfacit. Iacob ex hac vita ad meliorem transiturus, filiis suis magnas benedictiones impertit, quibus recensitis textus sacer ait: Benedixitque Iacob singulis benedictionibus propriis. ] quia vnus benedictio ita illi congruebat, vt minimè alteri fratri, & eius successoribus conueniret. Sic Christus, qui Pater est eorum sanctissimum hominum, qui familias religiosas fundarunt, & non terrenæ genti, sed populo cælesti, qui æternas mansiones est habitaturus, initium tribuerunt, eis non communi quadam, sed propriis benedictionibus benedixit, & singularibus donis cumulauit, quæ in suos filios, & imitatores effunderent. Vnusquisque benedictionem sui patris aspiciat, viam ab illo ostensam ingrediatur, modum viuendi ab eo monstratum sequatur, & benedictiones aliorum, id est, rationes viuendi sibi non congruentes, nec

A sui causa inuentas derelinquat. Si patri tuo, ô religiose, dictum est. Iuda, te laudabunt fratres tuimanus tua in ceruicibus inimicorum tuorum, adorabant te filij patris tui. ] Si inquam, pater tuus, à quo in Christo Iesu genitus es hanc benedictionem audiuit, quia ad confitendum Dominum, id est, ad prædicandum vocatus, & ad hostes Domini vincendos instructus, & ad æternas laudes promerendas, ob insignia officia in filios Ecclesiæ collata, præelectus est, tu hanc benedictionem quasi ex hæreditate transfusam, non perdas, sed legem diuinam ore, & magis opere prædicare, peccata (hæc enim hostes sunt Dei) in te assidua mortificatione, & in aliis doctrina proferere, & sanctis laboribus in vtilitatem Ecclesiæ sustentatis veras laudes promereri non deseras. Si verò pater tuus aliam benedictionem accepit, illam scilicet, Latere Zabulon in exitu tuo, & Issachar in tabernaculis tuis: Populos vocabunt ad montem: ibi immolabunt victimas iustitiæ: Quia sicut ille primus à sæculari conuersione exiit, vt cum isto secundo in tabernaculis habitaret, & populos ad solitudinem montis, & ad offerenda sacrificia moueret: Si itaque hæc est benedictio patris tui, scito te exisse de sæculo vt montem inhabites, vt vitulos assidua orationis, atque lectiois in ara cordis immoles. Ne vitam, & studia eorum, qui ad ciuitates vocati sunt, villo modo affectes, quia in uocatione tua imperfectus eris, & in aliena occupatus, aut nihil, aut satis parum efficias.

C Non solum autem propria cuiusque regula, & propria uocatio via est, per quâ ambulans, cælum ingreditur, sed est etiam sibi imposita lex, quam relictis aliis, ad se non spectantibus, tota fidelitate custodiat. Sicut enim in terrestri republica, multa sunt officia, variæque dignitates suis instructæ legibus, quas illorum officiorum, seu dignitatum professores obseruant: & alia sunt leges senatorum, alia prætorum, alia notariorum, quorum obseruatio non omnibus promiscuè, sed cuiusque muneris administro conuenit: Vnde tempore reddendæ rationis optimus senator indicatur, qui iura senatoria compleuerit, & optimus prætor, qui leges prætorum custodierit, quamuis leges aliorum, vt senatorum, aut procuratorum penitus ignorauerit. At si senator fuisset in complendis legibus prætorum, aut notariorum vigilantissimus, & in scrutandis sui status obligationibus excors, stultus haberetur, & tamquam malus senator, tantæ dignitatis priuationem subiret: Ita de Ecclesiastica republica, & de religiosis ordinibus censendum est. Ecclesia namque sanctissima respublica est, quam Deus ipse per Vicarium suum summum Episcopum Romæ, Pontificemque gubernat. In hac republica (vt nunc alios status omittam) variæ religiones sunt, vt variæ dignitates, vel vt officia distincta, quæ tum vtilitati tum decori ac pulchritudini Ecclesiæ deserviunt. Harum religionum qualibet sua iura, suas leges, suam viuendi rationem habet, quam illius professores obseruent, cuius si se fideles obseruatores exhibuerint, nihil aliud Deus ab illis requirit. Si verò propriæ rationis viuendi, & suarum legum obliti, alias se custodisse & compleisse dixerint, stulti iudicabuntur, & non boni religiosi censentur, qui alienum munus præsumperunt, nec suum proprium munus adimplere curarunt. In die mortis non legibus, & obseruantis aliorum ordinum, sed legibus mei ordinis iudicabor. Non profectò quaeret à me Deus, an saccum induerim, an funiculo renes præcinxerim, an pepe-

Gen. 49.

Deut. 33.

Greg. 2. dial. 37.

Bern. de clamatio- ne de bonis deservendis.

Gen. 49.

tutum cilicium gestauerim, an humi cubauerim, an carnibus semper abstinerim, an eremi secreta petierim, an totos dies & noctes lectionibus & orationibus, ac Psalmodiis insiterim, quia leges mei ordinis, quem ego professus sum, hæc à me non exposcunt. Sed quid quæret? Certè, an non solam meam perfectionem, sed salutem quoque, & perfectionem, proximorum impensè curauerim, an expeditum me ad discurrendum per totum orbem, si id salus animarum exigat, me præbuerim; an nihil omnino nec obolum, nec librum, nec tunicam, nec pileum possederim; an cellam omnibus indulgentiis, ad cibum, vel potum pertinentibus, vacuã habuerim; an corpore & mente Angelicam puritatem seruauerim: an in rebus difficilibus, & meâ sensualitati repugnantibus, non tantum opere, sed voluntate quoque, & iudicio obedierim: an statutis temporibus orationi & meditationi diligenter vacauerim; an bis quotidie examinationem conscientiæ fecerim; an conscientiam meam in omnibus, aut Prælato, aut patri spirituali aperuerim: an nulla data occasione contemptus, (quod solum peccatum est) meum contemptum amauerim: an continuam abnegationem meorum affectuum, & sensuum sectatus fuerim: an corporis asperitates secundum superioris præscriptum expleuerim; & an omnia alia, quæ ad meum institutum pertinent, custodierim. Hæc à me quæret Deus, quia istæ sunt leges status mei, ista iura ordinis mei, ad quæ me professionis obligatione constrinxi. Si autem ista à me petenda sunt, & alia, nec villo profus modo interroganda, magna reuera stulticia est, aliena, vt media perfectionis accipere, & propria instrumenta deserere, & me ipsum, quia, quæ ad me non pertinent, implere non possum, in tristitiam & angorem conicere.

Vnusquisque igitur religiosus, perfectionis, & sanctitatis cupidus, suam regulam, & suam vocationem custodiat, & aliorum vocationes oblitus, suæ obseruatione sanctum se esse posse confidat. Statuat apud semetipsum illud prophetæ cuiusdam: Super custodiam meam stabo, & figam gradum super munitionem: & contemplanor, vt videam, quid dicatur mihi, & quid respondeam ad arguentem me. Custodia rem ipsam custodiendam, aut custodiæ nostræ demandatam indicat. Stet itaque super regulam suam, insistat vocationi suæ, quam implendam obseruandamque suscepit: Stabiliter perseveret in viuendi ratione, quam professus est, quæ eum muniet, & à dæmonum incurso defendet. Contempletur, non quod sibi melius, aut apertius ad proficiendum videtur, sed quod præcepit illi Dominus. Attentè consideret, quid Domino arguenti, & rationem exigenti responsurus sit, ita enim se ad iudicium propriæ regulæ custodia parabit, & aliorum instituta tamquam suo statui minus conuenientia relinquet. Confide in Deo, o iustitiæ ac virtutis amator, ait Ecclesiasticus, & mane in loco tuo: ibi enim, & mediis tibi à tuo statu præscriptis, virtutis possessione ditaberis. Audi Paulum præcipientem: Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat. Tanti Apostoli, imò & Spiritus sancti mandatum non spernas, sed in tua vocatione persistas: Nec te secundum spiritum putes obseruatione illius legis exemptum. Omnes viri ducent uxores de tribu, & cognatione sua; & cunctæ femine de eadem tribu maritos accipient, vt hereditas permaneat in familiis. Si vir es, homo scilicet spiritum robustus, & validus, quamcumque volueris

A studiosam occupationem suscipias, tantummodo illa sit de tribu, & cognatione tua, quam nempe tua vocatio non abhorreat, & tua ratio viuendi, & institutum admitat. Si autem femina es, quia ad modum mulieris spiritum habes imbecillum, eadem cura multo magis tibi incumbit, vt studio tuæ vocationis congruo copuleris, & modum viuendi tui status amplectaris, quod magni momenti esse subiectum verbum exponit: Vt hereditas permaneat in familiis. Ne scilicet gratiæ diuersarum vocationum confundantur, & ne Ecclesiæ pulchritudo, quæ maxime ex ministeriorum ordinata varietate dependet, aliquo modo fuscetur. Ad te quoque illud Apocalypsis pertinere existima, quo dicitur, centum quadraginta quatuor millia, habentes nomen agni, & nomen Patris eius, scriptum in frontibus edidisse vocem sicut citharedorum citharizantium in citharis suis. Es ne tu ex istis centum quadraginta quatuor millibus? Es quidem, quoniam isti aptissime numerum, & conditionem religioforum designant. Qui sunt centum, si mysticam Ricardi expositionem sequamur, propter patriæ cœlestis expectationem, & quadraginta propter legis, & quatuor euangeliorum completionem; & quatuor propter quatuor cardinalium virtutum exercitationem: & millia propter totius iustitiæ consumptionem. Sunt etiam cum Agno supra montem Sion, quia post Episcopos in cellisimo Ecclesiæ statu collocati, aliorum fidelium sublimitatem transcendunt. Habent præterea nomen Agni, & nomen Patris eius, inscriptum frontibus suis, nam & Christum hominem imitantur, & suavissimæ Patris providentiæ se subiiciunt. Si tu ad istorum numerum spectas, sis oportet sicut citharedus pulsans citharam suam; vt scilicet vocationem tuam, non alienam, manibus tractes, & ea, quæ tui sunt status diligenter perficias. Ad sanctos, & viros perfectos tui ordinis oculos mentis conuerte, & videbis, eos non peregrinis mediis, neque alienis instrumentis perfectionis ioga petiisse, sed propria vocationis custodia ad tantam puritatem euolasse. An Bonauentura, & Bernardinus, & Didacus Complutensis Francisci filij, legibus alterius religionis profuerunt? Non: sed custodia suæ regulæ sanctitatem adepti sunt. An Thomas Aquinas, Petrus Martyr, & Iacynthus, Dominici alumni, alieni instituti obseruatione ad tantam perfectionem venerunt? Non: sed suæ vocationis impletionem eam perfectionem sunt consequuti. An Franciscus Xaverius, Franciscus Borgia, & Iacobus Faber Ignatij clara progenies, alterius instituti regulis egerunt, vt tam magnarum mentis puritatem acquirerent? Non: sed propria vocatione adiuti tam eximiam perfectionem compararunt. Similiter & tu instituto peregrino, aut alienis mediis non indiges, vt in virtute proficias, sed quod illi gratia suæ vocationis poterunt poteris, & pro mensura electionis diuinæ, sine vana singularitate ad perfectionem ascendes.

E Alligatus es vxori? noli quærere solutionem. Solutus es ab vxore? noli quærere vxorem. Mentem ad altiora effer, & huius loci mysterium intellige. Eam vocationem suscepisti, quæ velut charissima coniux filios non mundo, sed cœlo procreat, & saluti animarum intendit, noli pretextu perfectionis assequendæ, te à perfectissima institutione, & ab Apostolica vita se iungere, quam amplectentes Apostoli primitias spiritus habuerunt, & supra omnes alios sanctos, sanctitatem, & vitam cœlestem compararunt.

Num. 36.

Apo. 1. 4.

Ric lib. 4  
in Apoc. e.  
6.

Habac. 2.

Eccle. 1. 1.

1. Cor. 7.

Num. 36.

1. Cor. 7.

Solutus

Solutus es ab hac vxore, & statum solitudinis professus es, noli ad externas actiones ex professo exire, neque in alienam messem falce mittere, neque aliena negotia tractare, quia sine vxore, sine animatum videlicet cura, sanctus esse poteris, & tuo statui te accommodans, magnam puritatem consequeris. Tandem vt communis parcemia te moneat: Spartam natus es, hanc orna. Monachus es, ne clericum agas, id est, ne relicta quiete, & solitudine functiones clericales presumas: clericus es, & Apostolica vitæ sectator, ne vt monachum te geras, & curam tuæ vocationis abiecta, ad tibi non congruum, nec permissam quietem aspices. Esto tua forte, & tua vocatione contentus, quæ procul dubio apprimè custodita, efficacis est te hominem spiritualem facere, & ad magnam sanctitatem prouehere.

*Obligaciones status suscepti, primo loco à religioso subeunda.*

CAPVT XX.



VOD nunc tractandū aggredimur, nō multum à præcedente doctrina se iugitur, nisi quod illa stabilitatem & quietem in accepto statu exiget, istud verò nunc explicandum intra propriam statum maiorem curam rerum nobis iniunctarum exposcit. Sunt enim nonnulli satis in sua vocatione quieti, sed ministerio sibi iniuncto non satis addicti, qui cursum, & leuiter ad illud se applicat, vt aliis negotiis magis sibi gratis intendant. Videbis religiosum ad excipiendas confessiones peccatorū, ab obedientia destinātū, cui iucundius est libellos spirituales euoluere, & orationibus fundendis incubere: is numerū confitentium pro Dei gloria, & animarū salute non auget, ad excipiendam alicuius confessionem vocatus statim, vel litera incepta exit, cum iam tandem exit, eo zelo, quo deberet. peccatorem ad compunctionem, & delictorum detestationem non mouet, sed breuiter se ab illa vtilissimæ occupatione expedit, vt ad cellam redeat, & cæptæ lectioni, aut orationi statim insistat. Videbis alium ad gubernandi onus electum, qui literatus est, & disciplinarum, quas professus est, promouendarum amicus: is à subditorū cura se subtrahit, nec illos frequenter alloquitur, nec ipsorum tum internas, tum externas necessitates auscultat, nec eos verbo exhortationis pascit, nec primis, vt exemplo alios moueat ad communes cœnobij obseruantias accedit, sed horas non paucas ex gubernatione furatur, quas in studio, & doctorum lectione consumat. Videbis etiam alium ad concionandum vocatum, qui externis secularium negotiis, & alloquutionibus delectatur, quibus vt totū se tradat, nec Sanctorum patrum lectioni vacare, neque profunda, & longa meditatione occupari, (quod ad verbum Dei seminandum summè necessarium est) neque spiritum deuotionis, & animum diuinis rebus semper intentum habere curat. Quid alios referam, qui sanctioribus studiis, ad quæ tamen non tenentur, se occupant, & eorum prætextu, sui status onera, & obligationes prætermittent, quos desiderio maioris perfectionis aduersarius decipit, & vt consilia perficiant, vel (quod verius est) suam voluntatem compleant, à debitis exercitiis auertit? Hi omnes discant prudentiam, & ordinem rerum intelligant; intelligant, in-

quam, vt quæ cognouerint, opere compleat. Sciant se debere diligentissimè in res sibi iniunctas incumberere, & onera sui status præcipua habere, & primo loco prestare, quibus debita ratione perfundis, poterunt rebus aliis non debitis piis ac sanctis intendere. Si verò peruertant ordinem, & illis, aut omnino prætermittis, aut leuiter factis ista suscipiant, se magna impedimentum mentis profectui ponere, & à perfectionis via declinare non dubitent.

Hic enim conatus perficiendi, quæ iniuncta non sunt, & ab obedientia, aut proprio statu iniuncta aspernandi, indicium est animi se ipsum regentis, & propriam voluntatem, ac carnalem affectum consecretantis, quem esse virtutis inimicum, & perfectionis hostem, Salomon eleganti sententia confirmat. Qui obseruat ventum, inquit, non seminat, & qui considerat nubes numquam metet. Est ac si dixisset: Qui in omnibus, quod sibi commodissimum est exquirat, & quod sibi iucundissimum est, explere nititur, is profectò semen non seminat, ex quo præmium æternum metat. Seminat enim opera vitio propriæ voluntatis, & inordinati amoris infecta, quæ dum soli homini operanti placent, fructum æterni præmij non ferunt. Sed audiamus Basilium perspicuè docentem, affectum iustum animi esse sibi placentis, & non Dei gloriam, sed propriam commoditatem querentis indicium. Qui seipsum abnegauit, ait, se seque voluntatibus suis omnibus spoliavit, is non quod vult facit, sed quod docetur. Neque verò ratio permittit, cum sibi ipsi, quod expediat, diligere, qui gubernationem aliis tradiderit. Siquidem hi esse debent, qui ad quamcumque rem habilem esse illum iudicauerint, arbitratu suo in nomine Domini ipsam instruant. Qui autem ipse in deligenda sibi aliqua arte muneve, cupiditati suæ obsequitur, is planè sibi notam inurit, seque prodit; primò se sibi ipsi placere, documento est, deinde artem illam cæteris antepone, aut propter gloriam vitæ huius, aut lucris spem, aut aliud aliquid id genus in eam artem propensiore affectu, aut postremò propter ignauiam, pigritiamve, quòd ea videlicet laboris sit leuioris. In quo autem hæc insunt, ab hoc planissimè intelligi potest, nondum absterlas esse omnes animi morborum labes. Quæ sententia grauissima, cum, qui se à proprio ministerio auersum, & aliis occupationibus affectum inuenit, non ad sibi placendum, & suæ voluntati obsequendum, sed ad inuestigandam huius mali radicem, & ad eam euellendam incitabit. Nam si hæc radix pigritia est, eam amator perfectionis, se ad sanctos labores adhortans, per impigram mentem excindet. Si est alicuius commoditatis spes, illam desiderio abnegationis ablegabit. Si est inanis gloriosa amor, hunc humilitas, & sui contemptus proteret. Si autem est sola leuis voluntas, & naturæ ipsius vana propensio, ista suo pte nutu amans, & illa resurans, gratia illam, ac consideratio diuinæ voluntatis euinct. Faciat itaque spiritualis vir ex veneno cheriacam, & ex morbo medicinam, & dum suam voluntatem negat, & studiis minus iucundis, diligenter intendit, quia debita sunt, & alia magis grata, quia sunt voluntaria, in horas succifugas referuat, vitio propriæ voluntatis medicamentum adhibet, & salutem animæ, quæ tota in explectione diuinæ voluntatis sita est, aptissimo remedio conquirat.

Laboriosum est, & molestum istas radices euellere, ex quibus rami occupationum minus necessariorum germinant, quæ nos ab studiis debitis, &

Ecc. 11.

Basil. reg. 4.1. Eius. dist. 1.

eo ipso

eo ipso vilioribus abstrahunt, ideoque remedium in quaerendum est, quo homo hanc difficultatem propellat. Illud autem erit, quod habet agrotus, ut si bi ipsi sumptionem amarissimam potionis suadeat. Si cut enim iste considerat potum felle amariorem, esse se concupitæ sanitatis remedium, & hac consideratione se vincit, & ad bibendam illam imaginem mortis insligat: ita quisque animaduertat, studia, & occupationes debitas, vel ab obedientia, vel ab statu præscriptas, instrumenta esse efficacissima ad perfectionem assequendam, alia verò negotia voluntaria, quatenus debitas occupationes impediunt, perfectionem etiam impedire, & finem ipsum, propter quem assumuntur, ablegare. Vnde de id cognoscemus? Certè ex eo, quod actiones, siue à prælato, siue ab ipso statu, nobis impostæ, à Deo ipso impostæ sunt, alia verò, licet bonæ, si ab illis primis nos euocent, hac ratione, qua nos à debitis retrahunt, non à Deo suadente, aut præcipiente, sed à nostra voluntate, & à nobismet ipsis oriuntur. Manifestum est autem hominem non propriæ voluntatis expletionem, sed diuinæ voluntatis, & celestium præceptorum, aut consiliorum obseruatione proficere.

Ionn. 14.

Qui diligit me, ait Dominus, sermonem meum seruabit: non verò dixit: Qui diligit me, suam propriam voluntatem sequetur, aut suo iudicio gubernabitur, aut suas sententias, definitionesque custodiet. Si ergo non sequela propriæ voluntatis, sed obedientia, qua subiicimur voluntati Dei, signum est, & effectus charitatis, apertum est, quia hæc obedientia & non propriæ voluntatis, nec particularium exercitiorum, si studia obedientiæ quoquomodo impediunt, expletionem proficimus. Ad quod explicandum optimè Bernardus ait: Vereor, ne & inter nos aliqui sint, quorum non acceptet munera sponsus, eo quod non redoleant lilia. Etenim si in die ieiunij mei inueniatur voluntas mea, non tale ieiunium elegit sponsus, nec sapit illi ieiunium meum, quod non liliū obedientiæ, sed vitium propriæ voluntatis sapit. Ego autem non solum de ieiunio, sed de silentio, de vigiliis, de oratione, de lectione, de opere manuum, postremò de omni obseruatione monachi, vbi inuenitur voluntas sua in ea, & non obedientia magistri sui, id ipsum sentio. Minimè prorsus obseruantias illas, & si bonas in se, tamen inter lilia, id est, inter virtutes censuerim deputandas: sed audiet à propheta, qui eiusmodi est. Num quid tale est obsequium, quod elegit, dicit Dominus. Et addit: in die bonorum tuorum inueniuntur voluntates tuæ.] Grande malum propria voluntas, quia fit, ut bona tua tibi bona non sint.] Si hoc dicit sanctissimus pater, de bonis sine iussu prælati, & obedientia præsumptis, quid de illis diceret, quæ obedientiam eneruant, quæ studium actionum debitarum impediunt, & nos ab amore diuinæ voluntatis, in his actionibus contentæ diuellunt? Sanè numquam Bernardus ea probaret, nec instrumenta perfectionis, sed magis impedimenta cognosceret. Qui enim hæc studia, licet bona, cum detrimento obligationum sui status sequitur, propria voluntate raptatur, quæ cum instabilis sit, & ad multa procliuus, cor miseri hominis in mille partes discindit, & obsequio innumerabilium rerum addicit. Non potest verò qui ab vno, id est, à Dei voluntate recedit, & tot dilecta amplecti contendit, cordis pace, & tranquillitate letari. Quare his propriæ voluntatis amatoribus, & obedientiæ contemptoribus possumus dicere, quod Abimelech loquutus est per fratres suos ad ciues Sichem: Quid vobis est melius, ut dominantur

Isai. 58.

Iudi. 9.

A vestri septuaginta viri omnes filij Ierobaal, an vt dominetur vnus vir? Simulque considerate, quod os vestrum, & caro vestra sum. ] Qui enim sunt filij Ierobaal, nisi propriæ voluntatis nostræ, iam non in mala, sed in bona studia tendentes, quæ secundum externam speciem, idolum, id est, vitium impugnans, & secundum veritatem, obedientiæ, & statui nostro contradicunt? Et quis est vnus vir, nisi diuinum beneplacitum, quod in nos dominium vendicat, & ad actiones obedientiæ prouocat? Cui bene conuenit, quod os nostrum, & caro nostra nuncupetur: quoniam non vt implacabilis herus nos duriter tractat, sed vt amantissimus pater nostræ infirmitati condescendit. Quid itaque est melius, an hoc diuinum beneplacitum sequi, an sub prætextu boni illud obedientia explicatum contemnere, & nostris voluntatibus implicari?

B Primo igitur loco obedientiæ, & rerum ab ipsa præscriptarum, & obligationum nostri status rationem habeamus, & numquam eas propter particularia exercitia omitamus, aut minus perfectè & diligenter præstemus. Si tu sacerdos es, numquam colore meditandi, aut orationi mentali vacandi, canonicarum horarum pensum festinè persoluas, sed hoc debito debite, id est, attentè & deuotè persoluto, quod temporis supererit, sanctæ meditationi, & rerum diuinarum contemplationi tribue. Si rerum temporalium administras, numquam prætextu legendi, aut orandi, curam & laborem tibi demandatum omitas, sed gnauiter tuo labore persunctus, quod vacat, in lectionem & orationem incumbere. Si operarius vineæ Christi es, & animarum curandarum munus suscepisti, ne literarum, & studiorum amor te dementet, sed præcipuum tempus tam sanctum, & sublime ministerium sibi vendicet, cum verò nemo te quærat, aut commodè neminem potes quærere, tunc non inutilibus, sed tuo ministerio accommodatis disciplinis stude. Breuiter quamcumque occupationem, aut ab obedientia, aut ab statu tuo iniunctam habeas, hanc perfectissimè exequere, & tanta mentis tranquillitate, ac si nihil tibi faciendum superesset, elaborare procura, qua, vt decet, absoluta, poteris non sine magno merito piis aliis, & specialibus studiis, vt otiositatem fugias, & anima salutem consulas, te ipsum occupare. Sed illa maiori contentione perficienda sunt, maiori tranquillitate præstanda, quæ ex eo, quod iussa sunt, gratiora à Domino existimantur, & cæteris paribus efficaciora sunt, vt operantis mentem perficiant. De rebus nobis iniunctis illud intelligendum est: hæc oportuit facere: de studiis verò supererogationis, quod statim sequitur: & illa non omittere.] Illa vocantur maxima, quoniam semper maximum putare debemus, quod Deus præcipit, quod à nobis manifestè exigit, quod si omitamus, talis prætermisio illi displicet. Hæc vocantur minima, licet nonnumquam secundum suam naturam sint magna, quoniam ex eo quod iussa non sunt, numquam debent præceptis anteponi, nec cum ipsorum detrimento tractari. Illi omnimodis faciendæ sunt, quoniam ea, vel facere, vel non facere, nequaquam nostro arbitrio relinquuntur, sed vt omnino faciamus, iniungitur. Hæc verò omittenda non sunt, si videlicet negotia ad quæ obligatione tenemur, nec diem totum occupant, nec tempus ea præstandi præripiant. Sicut ergo qui vult carpere rosam spinis circumdatam, non

Mat. 23.

minima

minima circumspectione vitur, vt ita rosam accipiat, ne aculeis spinarum pungatur: Sic qui vult rosas piorum studiorum voluntariorum assumere, ea periculis remittendi debita obsequia cineta consideret, & tali circumspectione capiat, vt vulnus ex negligentia in rebus debitis non accipiat. Debita enim obsequia sunt velut panis, & alia alimenta præcipua, quæ non iam corpus, sed mentem hominis roborant, atque reficiunt; obsequia autem voluntaria sunt quasi suauissimi, arborum fructus, qui panem, & pisces, aut carnes elixas, vel assas suauiores faciunt, & comedendi appetitum excitant. Illa sunt velut auli, & argenti talenta, quibus homo diues efficitur; ista velut vasa magni pretij, quibus aurum atque argentum absconditur, & seruat. Sicut autem esset appetitus intemperantis, & animi insipientis iudicium, fructus arborum solidioribus cibis, & reconditoria thesaurorum ipsis thesauris præponere, ita imprudentis hominis est, pro his negotiis, quæ præstare non debet, & quorum rationem non est redditurus, debita & obligatoria contemnere. Merito verò particularia exercitia, ad quæ nulla obligatione constringimur, arborum fructibus, & thesaurorum reconditoriis comparauimus, quoniam eatenus bona, & expendenda sunt, quatenus cibis solidioribus, & rebus pretiosioribus, scilicet Dei, & Prælatorum, & sanctæ Ecclesiæ præceptis adimplendis non officiant. Nam si aliquo modo ea, ad quæ tenemur, impediant, interim moderanda sunt, aut omnino relinquenda. Quod & Salomon monet, dicens: Noli laborare, vt dixeris: sed prudentiæ tuæ pone modum. Ille namque laborat, vt dicitur, qui desiderio proficiendi præceptis consilia adiicit, & oneribus, ad quæ statu ipso constringitur, voluntaria alia onera eorum, quæ non sunt debita, superimponit. Optimum consilium est hoc, & (vt infra dicemus) mentis spiritualis iudicium. At modus huic sanctæ prudentiæ, & mensura huic pio labori ponenda est, vt scilicet istæ diuitiæ maiores diuitias non minuunt, & se diligentia debita in rebus iniunctis non opponant.

Ita autem prudentiam nostram, & desideria proficiendi moderabimur (nam & illa suam moderationem requirunt) si in omnibus non nostram voluntatem, sed Dei, & Domini nostri voluntatem, & Creatoris gloriam queramus. Dum enim hanc nostris laboribus promouere contendimus, illud in primis maiore contentione præstabimus, quod Deo gratius est, & nobis vtilius, & obtutibus diuinis acceptius. Non dubium verò, quin duobus bonis propositis, quæ simul explere non possumus, quorum vnū debitū est, alterū nostræ voluntati relictū, illius præstatio magis Deo placet, & nobis maius commodam & vtilitatem confert. Quia si bonum non debitum omittamus, nullum crimen admittimus: si autem bonum debitū, ac præceptum relinquamus, manifestè defecimus. Sententia ergo Ecclesiastici: Post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere, non solum in malis, sed etiam in bonis custodienda est, vt scilicet illud bonum suspectū habeamus, quod non Dei beneplacitum, sed voluntas sola nostra dictauerit. Eo enim ipso, quod à sola nostra voluntate progreditur, & diuinis & Ecclesiæ iussis non probatur, à bonitate sua deficit, & aliqua malitiæ labe corrumpitur. Vnde Leo Papa sapienter ait: Cum sint in animis hominum multæ bonæ concupiscentiæ, & laudabiles voluntates, quid est, quod iubeatur, vt nostris non consentiamus affectibus: nisi quod ab illa concupiscentia prohibemur, & ab illa

A voluntate reuocamur, cuius ortus ex nobis est, & ideo mala pronunciat, quia nostra esse conuincitur. Ad distinctiones igitur concupiscentiarum, quæ sunt ex Deo, bene homini dictum est. Post concupiscentias tuas non eas, vt quas cognouerit proprias, sciat esse vitandas. Licet autem omnis boni voluntas ex Deo sit, tamen qua ratione debita obsequia impedit, aut in causa est, vt negligenter ea exequamur, non est bona, nec à Deo, sed à nobismetipsis profecta, quare fugienda est, & ad debitam mensuram reuocanda, vt sic ad Dei etiam voluntatem pertineat. Tunc possumus eam amplecti, & si præceptis, & debitis nostro statui se accommodat cum magna alacritate præstare. Omnes itaque vitæ religiosæ sectatores illud Prosperi magna attentione considerent, quod non parum illos viam salutis in multis occurrentibus edocebit. Quid, inquit, eis prodest, quod facultates suas abiiciunt, qui voluntates proprias non relinquunt: cum sit longè præstantius, voluntatibus propriis abrenunciare, quam rebus? Res suas etiam mundi quibus philosophi abiicere potuerunt, & nunc quilibet hæretici possunt. Sed nec illi cum suæ voluntatis fuerint amatores, secundum voluntatem Dei vixerunt: & isti dominicæ voluntati, suæ voluntatis studio contradicunt. Nō ergo res ea nos Deo commendat, quam & inimici Dei faciunt, sed illud, quod non nisi verè Christiani, & per hoc amatores Dei perficiunt. Hi sunt, qui voluntatibus suis, & rebus proiectis, suo se Creatori ex toto corde subiiciunt, ac suum velle, ex eius voluntate suspendunt. Si nos religiosos facit, non iam externarum facultatum, quam propriæ voluntatis abiectio, eam in omnibus, in malis scilicet, & in bonis ablegare curemus, & Domini solius voluntate regamur. Dicamus illi: Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus est tu. Tunc autem docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius. Vix enim eius sunt, vt bonum faciamus, quæ omnibus patent: semitæ verò eius cognitu difficiliore sunt, vt vnum bonum alteri præferamus, & quod ipse iubet, maiori cura, quam illud, quod nos volumus, & ad quod nulla lege constringimur, præstare curemus. Onera igitur nostri status primum, ac præcipuum locum semper obtineant, si volumus ad mentis puritatem peruenire: quibus præstitis, Dominus obsequia voluntaria non abiiciet, sed gradus & letabundus admittet.

*Opiniones, & dicta tepidorum à religioso contemnenda.*

CAPVT XXI.



E Quam multa itineri perfectionis obstant! o quanta difficultates in via conuersationis spiritualis insurgunt! o quam immanes hostes nos carpentes iter, & ad puritatem festinantes impediunt! Obstant perfectioni mala, si non ab illis fugiamus: obstant & bona (vt vidimus) si non bene & debito ordine illa suscipiamus: obstat & homo sibi ipsi, qui propria imbecillitate compulsus ab eo, quod perfectum est, quia difficultatum spinis circumdatum, miserabili pusillanimitate discedit. Qui iure optimo posset clamare cum Paulo: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Nam quamdiu mortalitas durat, sicut in

Prosper.  
lib. 2. de  
vita con-  
templat.  
c. 17.

Psal. 145.

Isa. 2.

Rom. 7.

numera

Prouer.  
23.

Eccles. 18.

Leo serm.  
18. de ie-  
tania 7.  
mensis.

2. Cor. II.

Iob. I.

Thom. à Capis de disciplin. claustral. l. c. 15.

1. reg. 26.

numera sunt, quæ eum ad mortem corporis trahunt, ita numero comprehendi non possunt, quæ eundem à perfectione, & sanctitate diuellunt. In his (quod certe legendum esset) aliquos fratres computamus, qui cum professione sunt eiusdem propositi socij, moribus verò sunt totius perfectionis contemptores. Paulus quidem magna pericula fuit in labore prædicationis expertus, non solum à gentibus, à latronibus, à mari, & à terra, sed etiam à falsis fratribus: ita perfectus solet à falsis fratribus persecutionem pati, & à tepidis, & imperfectis hominibus non parum laboris, & molestiæ sustinere. Isti (vt par est credere) in cœnobijis religiosorum paucissimi sunt: sicut enim inter filios Dei non astiterunt multi aduersarij, sed astitit vnus Satan, qui patientissimum Iob, ad certamen cum eo ineundum expetiuit; sic inter viros spirituales non deest aliquis Satan, aliquis scilicet homo carnalis, qui habitum religiosum induit, vt suæ fami, quam in sæculo patiebatur, abundè consuleret, vt vitam otiosam duceret, & aliis fratribus sanctè viuentibus sanctitatem exprobraret. Neque hoc mirum est. Si enim in collegio Apostolico duodecim tantum hominum, quod non aliquis sanctus, sed ipse sanctus sanctorum gubernabat, inuentus est vnus Iudas, qui beneficentissimum Magistrum venditioni exponeret, & oues illas pacificas, mansuetasque dispergeret, quid admirabimur, si in cœtu plurimorum religiosorum inueniantur pauci Iudæ, pauci falsi fratres, qui reliquos turbent, & serpentum linguis sanctorum vitam condemnent? Tepidi ergo, & inuerecundi religiosi, qui non tam ab aliorum lingua, quam vita increpari se vident, nonnumquam solent viros spirituales & perfectionis cupidos spernere, ipsorum sanctas exercitationes irridere, studia verbis amarulentis proscindere, & eos vanos, stultos, & phanaticos nuncupare. Verissimum est namque illud antiquorum prouerbium: Similis similem quærit, cicada cicadæ adheret, & gracculus gracculo asidet: & cum isti improbi sint, & virtutis inimici, improbos amant, perditos magni æstimant, & superbos, arrogantes, & ambitiosos laudibus efferunt, humiles verò, quietos, & sui profectus curam habentes, velut hostes persequuntur, & vt pestes infestissimas, auersantur. Huius odij causa non est profectò alia, quam dissimilitudo morum, disparitas studiorum, abundantia in bonis, & in tepidis penuria virtutum. Quod simplicius, sed non insulse dixit Thomas à Campis: Qualis vnusquisque est, inquit, tales etiam socios diligit: deuotus deuotum, pudicus pudicum, sanctus sanctum, vagus vagum, dissolutus quærit dissolutum.

Quia isti vagi sunt, & dissoluti, & non ad perfectionem, sed ad commoditates corporis, ad honores, & vanitates aspirant, ideo virtutis amatores contrastant, pijs eorum studiis se opponunt, & ad suam eos segnitiam detractionibus, sublationibus, & persecutionibus trahere curant. Quibus optimè congruit illud Davidis, quo loquutus est ad Saul. Si filij hominum prouocant te aduersum me, maledicti sunt in conspectu Domini: qui elecerunt me hodie, vt non habitem in hæreditate Domini, dicentes: Vade, serui dijs alienis. Nam quid quæso est, bonos irridere, & ad vanitates sæcularium prouocare, nisi eos à Domini obsequijs abducere, eisque persuadere, vt in mundum, si non professione, at vita & conuersatione reuertantur? Isti maledicti sunt, qui & diaboli munus vsurpant. Nam ille malum facit, & ad

**A** malum impellit, & isti similiter seculariter viuunt, & aut persuasione, aut detractionibus, Dei seruos ad malum pertrahunt. Hi sunt, de quibus sanctus Iob ait: Qui mandunt herbas, & arborum cortices, & nequaquam se saluberrimis cibis sustentant. Ita enim beatus Gregorius istum locum interpretatus est. Pravi namque cum recta incipientes aspiciunt, aut irridendo, aut quasi consulendo contradicunt. Cum verò iam quosdam pensant ad summa proficere: quia eorum profectus fuditus dissipare nequeunt, à quibusdam illos operibus diuertunt. Herbas itaque eis, & arborum cortices mandere est, vel studia bene inchoantium, vel operationes quorundam, iam more arborum ad superiora tendentium, pestiferis persuasioneibus, quasi quibusdam malitiæ suæ dentibus dissipare. Herbas mandunt reprobi, cum infirmorum initia irridendo consumunt. Arborum quoque cortices mandunt, cum manu peruersi consilij, à vita rectè credentium, tegmen bonorum operum subtrahunt. Hos autem in quibusdã actibus, velut arbores spoliant, illos verò velut herbas (quia despicientes trahunt) quasi, quæ calcant, comedunt. Quorundam iam fortitudinem in alta surgentem ex parte demoliuntur, quorundam verò teneritudinem, & adhuc in imis positam penitus conterunt. Ideo autem mali herbas, & arborum cortices comedunt, quia facilius æstimant hæc fordida ori admouere, quam virtutis nucleum ex testa duriori ad comedendum extrahere. Facilius enim est bonum carpere, quam imitari, & quoniam isti miseri decreuerunt, se in nullas difficultates ob amorem virtutis conicere, quod facillimum est, scilicet bonum reprehendere, id faciunt, & quod nonnullam difficultatem habet, scilicet bonum imitari, id à se constanter auertunt.

Qui ergo virtutem amat, & perfectionis consortium desiderat, hæc odia tepidorum, has sannas, & detractiones, has eorum opiniones vanissimas animosè contemnat. Et qui propter istorum acquirendas laudes vitam spiritualement non cepit, propter ipsorum illatas molestias à cœpto perfectionis itinere non desinat. Prophetam regium imitetur, detractionibus hostium suorum orationis scutum opponentem, & seipsum à telis inimicorum oratione obuelantem. Pro eo, ait, vt me diligenter detrahebant mihi: ego autem orabam. Eadem boni religiosi, & Davidis causa est, nam si hic ab optimè gesta, & laude dignissima, vituperationem accepit? ita ille ob vitæ sanctæ propositum, & regulæ diligentem, exactamque custodiam, quæ laudem & amorem meretur, ex ore stultorum non laudem, sed contemptum, sed contumeliam, sed dedecoris verba reportat. Nec semel tantum sanctus David, hoc seuto aduersus virtutis contemptores vsus est, sed sæpe nimirum quoties persecutio virtutis incidere. Quare alio loco ait: Aduersum me loquebantur, qui sedebant in porta, & in me psallebant, qui bibebant vinum. Ego verò orationem meam ad te Domine: tempus beneplaciti Deus. Graphicè malorum religiosorum mores perstringit. Hi enim cellam, vt carcerem fugiunt, & locum quietis, & sedem lectionis, & orationis pro ergastulo habent, vnde sine vlla necessitate frequentat claustra cœnobij, quæ sibi non sunt claustra, sed vanitatum, & mendaciorum atria, & in portis aliorum similium sedet, vt ibi iura silètij frangat, & nouitates, & sæculares narrationes effutiat, & aduersus spirituales viros, & perfectionis studiosos suas suspiciones exponant. Ille frater, inquit, sub prætextu orationis

Iob. 30.

Greg. 20. m. c. 15.

Psal. 108.

Psal. 68.

otiosa

ouositatem amat, & per vitam spiritualem prælationem ambit, homo valde scrupulosus est, & abiecti animi, qui nescit cum magnatibus amicitias inire, & seipsum honore dignum ostendere, & ob id fugit à nobis, & in morem cuculi semper in cella, sicut in antro delitescit. O quis diceret istis cum sedent in portis: Audite verbum Domini, qui ingredimini per portas has. Bonas facite vias vestras, & studia vestra, & habitabo vobiscum in loco isto. Noluit hi Deum in suam cœtum admittere, qui non ingrediuntur per portas cellarum suarum, vt adorent Dominum, sed vt conuiuia more aulicorum instruant, vt commensationibus & comotationibus vacent, vt inter edendum & bibendum sicut satrapæ Babylonis vasa Domini prophæant, & virotum sanctorum vitam & mores irideant. Vbi isti fieri poterunt boni, inquit Prosper, qui sunt in bono mali: aut quādo bene malis vsuri sunt, qui malè bonis vt non desinunt? Quid faciet sanctus & perfectus religiosus, istorum peruersorum fratrum irrisionibus impetitus? Non aliud, nisi quod sanctus Dauid: Opinionum & irrisionum istorum nullā rationem habeat, sed pedibus Domini prouolutus dicat: Ego verò orationē meam ad te Domine: tempus beneplaciti Deus. Oret Dominum, vt sibi constantiam in bono tribuat, vt improborum hominum facta & dicta pro nihilo habere cœcedat, & vt tempus, quo ipsum à lingua dolosa, & à labiis iniquis est liberaturus, adueniat. Interim tamen eiusdem sancti Prophætæ institutionē sequatur, qui dicit: Ego autem tamquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum. Et factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones. Sit quasi surdus, qui detractiones inuidorum nō audiat, sit quasi mutus, qui nihil pro se respondeat: Stultus fiat in cōspectu hominum secundum cōsiliū Pauli, vt sit sapiens in cōspectu Dei. Sic occasiones iræ, & indignationis abscondet, & seipsum in simplicitate continebit.

Meminerit, quisquis à tepidis ridetur, & ab imperfectorum ore profcinditur, sanctitatem in vera charitate, & in sincerissima omnium mādatorum custodia, & in exacta votorum, & regulæ obseruatione consistere. Aduersus hæc nullus mos, quamuis inueteratus, nulla inoluta cōsuetudo præscribit, sed semper diuina voluntas mandatis, & regulæ, & votis expōsitæ, & à iustis obseruata, suā vim habet, & in suo robore ac vigore perseverat. Quamobrem omnis tepidorum vita, quatenus nostræ professioni, & diuinæ voluntati repugnat, est habēda cōtemptui, & nequam propter illam à recto virtutis tramite discedendum. Sicut enim veram fidem semper impugnant heretici, & verā iustitiā mali Christiani, ita iustitiæ perfectionē, & sanctitatem conati sunt debellare segnes, & imperfecti, ne eorum vita sanctorū splendore & sinceritate dānetur. Si ergo fides nūquā technis, & dolis hereticorum cedit, nec iustitiā scandalis, & iniquitatibus hominum iniquorū se subicit, æquū est, vt nec perfectio à tepidis, & imperfectis impugnatā fideat, sed inter persecutiones caput erigat, & aduersus se impugnantes conualescat. An non cum Ecclesia sancta hæresum colluione percellitur, doctores zelum fidei habētes in publicum prodeūt, errores dictis, disputationibus, & scriptis libris exagitant, & homines iam deceptos ab errore euocant, & ad fidei veritatem pertrahunt: Idem faciat spiritualis vir, cuius cor zelo perfectionis pulsatur, qui si relaxari disciplinam animaduertit, & aduersus eā opinioniones imperfectorum & malorū religiosorū oblatrate cognouerit, statim multò liberius vita & doctrina oppositū doceat, & non illos sequi, sed illos,

A ad se pertrahere concupiscat. Ita illam stabilitatē & constantiam assequetur, quam Ioānes Casianus pulchra similitudine à viro sanctitatis amatore requirit. Mens viri iusti, inquit, nō debet esse similis coræ, vel alterius cuiusq; materiæ mollioris, quæ semper characteri signatium cedens, pro eius forma, atque imagine figuratur, quamq; in se tādū retinet, donec alio rursus superimmissio signaculo reformetur: atq; ita fit, vt nunquā in sua qualitate persistens, ad formam eorum, quæ imprimuntur, semper cōuertatur, ac trāseat: quin potius debet velut quoddam esse adamantinum signatorium, vt inuiolabilē mens nostra figuram sui semper custodiēs characteris, vniuersa, quæ incurrerint, sibi ad qualitatem sui status signet, atque trāformet, ipsa verò insigniri nullis incurfibus possit. ]Et quidem (vt mihi videtur) non multum in hoc à viro iusto postulat, quem Dominus non tantum adamantino sigillo, quod perpolitū est, & eo ipso minis roboris habet, sed adamanti, qui necdum manui artificis cessit, & durissimo filici cōparauit. Ecce dedi faciem tuam, inquit, valentiorē faciebus earum, & frōtem tuam duriorē frontibus eorū. Vt adamantem, & vt silicem dedi faciem tuam, ne timeas eos neque metuas à facie eorum, quia domus exasperis est. ]Si illi proterua sunt duri, iustus vir durior est constantia, quare non est cur timeat faciem suam eorum faciebus opponere, & frontē suā eorum frontibus occurrere. Aspice, o religiose, quanta hucusque magnalia perfecisti, quantas de infestissimo hoste victorias reportasti, & ne patiaris, vt inania tepidorum verba, qui non tam loqui quam multitare audent, tuam gloriam euacuent. An non à mūdo fugisti? an non diuitias, honores, & voluptates spreuisti? an non parentes, fratres, & cognatos, & amicos reliquisti? an non in multis te ipsum vicisti, vt virtutem sectareris, & perfectionem comparares? & quare nunc non rebus, sed verbis, non armis, sed aere, non ratione, sed fatuitate, & insipientia victus occumbes? Ipsa istorum persecutorum conscientia pro te est, quā si posses aspicere, manifestē videres, eam tuam virtutē timere, tuam puritatem suspicere, tuam obseruantiam honorare. Sicut enim si formosissimam puellam vilissimo, & seetidissimo amictu contegeres, ipsa semper pulchra est, licet non nihil inuolucris vilitate fœdata, ita istorum malorum religiosorum conscientia, licet innumeris imperfectionibus oboluta, dum Dei imaginē seruat, semper virtutē, suum scilicet ornatum, honorat, & eam vbicūque sit, amore & benenolētia prosequitur. Os illorum seruorem damnat, lingua circumspectionem cōdemnat, verba curam taxant proficiendi, ac conscientia lux pro iustis & veris Dei seruis insurgit, & nescio quo pacto etiā apud ipsos maledicos, & obtrectatores, virtutē, quam profcindūt, tuctur, atque defendit. Si ipsimet, qui te exterius persequuntur, interius cogente conscientia te magni estimāt, atque suscipiūt, quid eorū flatū trepidas, & ad inanes sermones expauescis?

Si hoc non satis est, vt amator disciplina & perfectionis, opinioniones & dicta tepidorum aspneretur, illud (vt mihi quidem videtur) abundē sufficiet, quod illi, nisi sibi metipsis laqueum iniiciant, tandem debēt quod damnāt, inquirere, & quod improbant, approbare. Si enim vnus aliquis certissimam viam, in amplissimam ciuitatem tendentem ingrederetur, & alij multi, à quibus rideretur, & subannaretur, oppositam viam, in præcipitium euntem, ambularet, nullo negotio ille eorum irrisiones, & maledicta, contemneret, sciens quia post non multas horas, aut suam illi ignorantiam aduertent, & ad rectam viam remeabūt, aut in præceps acti, suæ teme-

Casian.  
col. 6. c. 12.

Ezech. 3

ritatis poenas lucent: Sic & seruidus religiosus, qui disciplinæ viam ingressus est, quâ viri sancti & perfecti truerunt, & per quam ad regnum cælorum perueniunt, nullius momenti putat imperfectorū detractioes, quos errare & delirare cognoscit: Nā illi, si non semper desipiant, ad viâ feruoris redibūt, & disciplinæ cultorem laudabunt, aut in malo perseuerantes, in fine vitæ inanem fuisse suam præsumptionem, & Deo iniurias suas irrisiones manifestè comperient. De his dicitur per Salomonem: Qui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebrosas: quorū viæ peruersæ sunt, & infames gressus eorum. Verè ita est iter rectum deserunt, quia patrum suorum vitam non sequuntur. Hi enim erāt humiles, illi superbi patres itinera iustitiæ & propriæ abnegationis ambulabāt, & filij professione, & nomine, sed conuersatione inimici lubricas propriæ voluntatis semitas ingrediuntur. Vias etiam tenebrosas frequentāt, quoniam quid obscurius & tetrius, quā in statu virtutis nō solum virtutem non quærere, nec possidere, sed etiā eam persequi, & procaci ore damnare? Illorum viæ peruersæ sunt, quia contra naturalem gressum hominis retrorsum abeūt, & quotidie magis à termino viæ, scilicet à perfectione, discedunt. Sunt etiam infames gressus eorum, quos viri sapientes arguunt, & eos errare. & Deo minus fideles esse fatentur. Si hi iustorū exemplis moniti, Prælatorum adhortationibus instructi, & seniorum increpationibus percussi, nolunt viam infamem & tenebrosam deserere, quæ eos in seuerissimū Dei iudicium ducit, vide tu quid facias, & ne ob illorū dicta ineptissima relinquantur cælorū rectissimā viam à Deo edoctam, & sanctorum actionibus approbatā: Ne delecteris igitur in semitis impiorū, nec tibi placeat maiorum via. Fuge ab ea, nec trās eas per illam, declina, & desere eam, quia valde ignominiosum erit verbis insipientium à recto diuelli, & quia illi perstreperūt, & sapientes ridēt, eorum actus imitari. Si fortè inter illos viuendum est, & ipsorum consortium nō vales effugere, ac imitationem fuge, & ne te eorū inuercundia delectet. Fac quod sanctus Tobias, de quo legitur: Cùm irent omnes ad vitulos aureos, quos Ieroboam fecerat rex Israël, hic solus fugiebat consortia omnium: sed pergebat in Ierusalem ad templum Domini, & ibi adorabat Dominum Deum Israël. Sic & tu fuge consortia imperfectorum, ita vt ludētibus illis, & iura disciplinæ frangentibus, tu solus ores, & te ipsum gratissimum Deo holocaustū imoles. Id enim est de mundo exiisse, non vitam istam mortalem deseruisse sed mores mundanorum, & vacordium abdicasse. Ascendente Eliseo in Bethel, pueri parui occurrerunt ei, qui iridebant eum, & illudebant ipsi, dicentes: Ascende calue, ascende calue, quos à sancto Propheta maledictos duo viri, egressi de saltu, lacerarunt. Hæc imago est huius rei, quam modò tractamus. Quis est enim Eliseus ascēdēs in Bethel, nisi amator sanctitatis, qui ordinatis virtutum gressibus, in domum Dei, nempe in perfectionem, ascendit. Et qui sunt pueri paruuli, nisi insipientes religiosi, qui corda puerorum habēt, & sub virorum habitu, stultitiam, & insipientiam puerorum abscondūt? Qui vt hæc stultitiam manifestet, virum disciplinæ amatorem, propterea quòd caluus est, id est, rerū superfluarum, & affectuum terrenorū vacuus, & quia ascendit in perfectionem, irident. Sed debita ultione multatur, quoniam duo viri eos, alter inuidiæ, alter malevolentia, dilacerant, & eorum robur, si quod habebant, quotidie magis magisque consumunt. Tepidorum ergo opinionibus dictisque contemptis, tu, ò religiose, viam perfectionis, quam rectā &

A) Deo placitam esse cognoscis, diligenter arripito. Omnium regularum ac statutorum exactissimam custodiam ama, silentium serua, obedientiam custodi, vana colloquia fuge, negotia sæcularia desere, te ipsum, & omnia mundana contemne, orationi incumbere, sanctæ lectioni te trade, & vt summatim dicam, in omnibus rectè te gere, & more virorum spiritualium & perfectorum viuere. Quòd si in aliqua religiosa domo solus fueris, (quod minime possum credere) aut paucos tui propoliti socios habueris, ne timeas de singularitate notari. Multi enim, licet non tantam distractionem imitentur, te tamen laudabunt, si autem vnus, aut pauci te irriserint, & fatuum, aut singularem dixerint, ne turberis, quia illi ipsi sunt fatui, qui, quod bonum est, damnant, & ipsi singulares, qui sanctissimum viuendi modum, à patribus approbatum, eneruant.

B) Hæc autem vita tua est sancta singularitas, quæ suam professionem seruat, & se à multitudine insipientium elongat. In quam sententiam Sanctus Bonaventura ait: Quòd si timet aliquis de singularitate notari, & ob hoc aliis fieri odiosus, sciat, quòd nullas sanctorum singularis gloriæ factus est in cælo, nisi qui inter homines positus studuit esse in sanctitate vitæ singularis, quod tamen de singularitate virtutum dico, non tantum de ceremonialibus obseruantis, paruum aut nullam habentibus utilitatem virtutis. Et itaque duplex singularitas, altera, qua quis à cœtu bonorum se separat, & singularia, & minus congrua suo statui studia præsumit, & saltem ipso opere alios non facientes talia, contemnit. Hæc fugienda est (vt infra dicemus) tamquam filia superbiæ, & mater multorum vitiorum, atque omnimodis ableganda. Altera, qua iustus à consortio & imitatione iniquorum aut imperfectorum se segregat, vt diuinam legem perfectius obseruet, & disciplinam religiosam cautiùs diligentiusque custodiat. Hæc autem non fugienda, sed sectanda, est, vt patientiæ filia, & feruoris, ac virtutum matet charissima, quam omnes sancti & perfecti viri, vt sociam amantissimam adamarunt. Si enim singulares vita & conuersatione non fuissent, & communem viuendi modum non essent supergressi, numquam ad tantam sanctitatem euolassent. Dicat proinde sanctitatis cupidus, quod in persona capitis dictum est. Cadent in reticulo eius peccatores: singulariter sum ego donec transeam. Nam si illi, quæ peccata, aut imperfectioes, & relaxationes disciplinæ non timent, in retia diaboli incidunt, quidam vt graui peccato pereant, quidam verò vt affectuum perturbationibus illudantur, ego tamen singularis ero ea singularitate discreta, quæ à periculis cadendi me sequestret, vt secundum quod hæc vita mortalis fert, tutus & securus incedam. Id quidem reprehensibile non est, quoniam huius singularitatis Dominus ipse est auctor, & institutor. Nā & in alio loco dicit idem Propheta: Quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me. Si autem Dominus hominem singularem constituit, ita scilicet, vt vulgus tepidorum fugiat, (quia etiam inter bonos sunt vulgares homines, qui non sapientia, sed furore reguntur) & per hanc vitæ singularitatem, spe cælestis patriæ assequendæ confirmat, nullus erit, qui iure hanc singularitatem arguat, & mores imperfectorum fugientem reprehendat.

\* \* \*

Bonau. d  
informa.  
nouit. 2. p.  
c. 3.

Psa. 140.

Psal. 4.

Viri

*Viri spirituales diligendos, ad frequens colloquium querendos.*  
CAPVT XXII.



**H**OMO talis natura est, vt inter bonos virtute proficiat, & inter malos peccato malitia que succumbat, & eam, aut boni aut mali formam induat, quam bonorum, vel malorum, quibuscum cõuerfatur, vita præulerit. Quod enim de Domino secundum quemdam subtiliorem intellectu propheta regius effatus est, potest rudiori sensu, sed verissimo, de homine etiam intelligi: Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris: Et cum electo electus eris: & cū peruerso peruerteris. Nam & sociorum innocentia, nisi magna sit nostra peruersitas, ad sui nos amorem & imitationem allicit, & eorundem iniquitas, nisi eximia sit nostra virtus, & quæ possit malis exemplis resistere, nos quoque ad sui dilectionem & sequelam impellit. Estq; in hominibus mirabilis corporum animorumque cõformitas: vt sicut corpora sereno aere, & elementi cælo bene valenti, aere verò insalubri, & malignis cælorum aspectibus mille morbos, & ægritudines contrahunt: ita & humanus animus bonorum cõuictu, quasi sereno aere, & benigno astrorum aspectu circumdatus, virtute pollet, at malorum conuersatione quasi malignis superiorum corporum influxibus, vitiorum ac iniquitatum tabe perevitur. Et sicut corpora fluida figuram vasis, in quod mittitur, accipiunt, & si illud quadratum sit, quadrata videntur, si verò rotundum, rotunditate formantur, sic humana mens soliditate carens, de qua dictum est, spiritus vadens, & non rediens, aliorum cõuersatione velut à vase suscepta, eius formam & qualitatem admittit. Si hoc ita est, religio sus, qui sublimitati professionis suæ respondere cupit, & mentis puritatem exoptat, non solum tepidorum & imperfectorum opiniones contemnat, verum etiam eorum conuersationem familiarem fugiat, & viros spirituales ac spiritu feruētes diligit, in eorum se moderatam amicitiam insinuat, & ipsorum colloquia, & adhortationes libenter admittat.

*Psal. 17.*

*Psal. 77.*

*Hieron. epist. 7. ad Latam. c. 3. ad modum.*

*Matt. 16.*

*Matt. 26.*

Imperfectorum (eorum scilicet, qui sua vitia amant, & excusant, & nulla ratione emendant) familiaritas omnimodis fugienda est, & tanquam pestis mentē inficiens detestanda. Quoniam, vt inquit Hieronymus, procliuus est malorum æmulatio, & quorū virtutes assequi nequeas, citò imitaris vitia. Quod si vitium eius, qui aliquas virtutes habet, nobis exitiosum est, & illis quasi ad nos non pertinentibus (oculos in vitia conuicimus. & ea, ac si essent vitia retinemus, quàm noxia erunt vitia illius, qui eliminatis virtutibus, magistrum se imperfectionum & libertatū facit, & vt à beatitudine fugeret, in cathedra pestilentiæ confedit? Petrus positus inter Apostolos Christū illusterrima attestacione confessus est: Tu es Christus, dixit, filius Dei viui: At idem iam perfectior factus, & ad maiora dona subuectus, inter milites palatii cõstitutus, Christum negat, & se non nosse factorem suum iuramento & maledictione confirmat. Quis hæc audiens non timeat consortia malorum? Nam si columna Ecclesiæ, imò & petra illa, cui tota spiritalis ædificatio subnixa est, vento irruente è regione deserti contremuit, parum est hoc, quia malorum curiosis interrogacionibus perculsa cecidit, quare nos inter malos præsumemus stare, qui sumus instabiles & arido folio leuiore? An petra, malorum verbis impulsã cadet, & stipula imperfectorū exemplis impulsã non cadet? Aut forte impotentius erit exemplum ad illidendum infirmum, quàm sicut verbum ad

**A** vincendum robustissimum? Si ergo Petrus, vt se erigeret, & ad perditam gratiã rediret, impiam turbam detestatus est, nos ab eo salutis viam perdificentes, multitudinem imperfectorum, & tepidorum fugiamus, vt ab impuritate nostra ad optatam sanctitatem festinemus: Cum multis, inquit Laurentius Iustinianus, amicitia custodienda est: moderata autem conuersatio cum solis Deum timētibus, & virtuosè uiuentibus habenda est. Qui enim cū dyscolis cõuersari voluerit, proculdubio fiet eorum similis. Multorum namque, & specialiter obrectantium, & impudicorum aspernanda sunt consortia, quia inficiunt sibi adhærentium animos. Secū etenim gerunt letale venenum, & simplicium animas valido perditionis mucrone confodiunt. Semper huiusmodi discurrūt, **B** semper similibus sibi consortia queritant: in angulis, in latibulis silentij tempore, vt plurimum confabulari appetunt, & absentium vitam lacerare non desinunt: & tanquam ipsis nõ sufficiat propria perditio, alios secum damnare conantur. Quis talium hominum familiaritatem nõ timeat, qui quasi viperæ suarum imperfectionum virus infundunt, & innocentium vitam vitiorum, quibus subiecti sunt, imitatione commaculant? Inobediens sinistram Prælatorum opinionem instillat, & miseros familiares suos ad libertatem, ad propriam voluntatem, ad otiositatem pertrahit, ac proprio arbitrio, & non secūdum superioris præscriptum in omnibus procedendum docet. Superbus cõtemptum aliorum fratrum infundit, & illos insipientes, & talentorum naturalium vactus vocat, & se audientes ad arrogantiam, ad ambitionem, ad superbiam instigat. Atque eodē modo omnes alij scditate vitiorum infecti, alios sodales, nisi seipfos fuga defendant, & à vitiosorum familiaritate se subtrahant, his, quibus subiacent malis inficiunt. Hoc est quod Ecclesiasticus ait: Quis miserebitur incantatori à serpente percusso, & omnibus qui appropiant bestiis? & sic qui comitatur cum viro iniquo, & obuolutus est in peccatis eius: Nā sicut nemo misericordia mouetur super incantatore, qui sponte ad serpentem accessit, à quo percussus est: neque super eo, qui sciens, & volens appropinquat feræ, à qua morsum, aut vulnus accepit, ita non est commiseratione dignus, qui in societate malorū seipsum insinuat, & cum illis in peccatorum scditate communicat. **D** Putrescentia, & mortua corporis membra, viuentes, & sanas corporis partes corruptione sua paulatim inficiunt, & eadem tabe & fetore cõsumunt, ita segnes congregationis fratres, sua segnitie & vecordia alios suum conuersantes contaminant, nisi ab ipsorum se familiaritate seungant. Nonne animus est instar domus, quam Domino virtutibus præparamus: fugiat itaque ignem prauæ cõsuetudinis cum tepido inita, ne vorax eius flamma demum adurat. Nonne est instar cere, quæ imagine accedente formatur? timeat ergo amicitiam tepidorum, ne suam illi formam insculpant. Ac tãdem si lutum, farinam, & acetum, vinum corrumpit, non minùs imperfecti & tepidi, virtutis amatores inquinat, & sua familiaritate pervertunt. Si ergo cum illis in vna eadēque domo viuendum est, at cautè & prudenter ab eorum cõuersatione, & multò magis à moribus discedendum, quia, vt inquit Hugo, qui cum peioribus cõuersari appetit, satis se esse vita deprauatum ostendit.

*Iustinia. lib. de discip. ep. per facti. mo. nast. conu. c. 2.*

*Ecl. 12.*

*Hugo de inflicent. nouit. c. 5.*

**E** Solerter ergo inquiramus, qui in cœnobio, aut in collegio virorum spiritualium opinionem habeant, qui vitam faciant huic opinioni conformem: qui sint orationis, silentij, & virtutis amatores, qui regulæ, & instituti sectatores, & istos diligamus, istos honoremus, & cū per disciplinã religiosam licet, cū

v. Reg. 10.  
c. 19.

eis colloquia misceamus. Saul quidem primum rudis, & postea iniquus, positus inter prophetas, & ipse prophetat, & sic celestis spiritus patriceps, inam boni non tantum ruditatem ad se accedentis superat, verum & improbitatem euincit: Sic & nos, si virorum spiritualium consuetudinem quaesierimus, & eorum monitis aurem praeberimus, facili negotio mutabimur, & si fuerimus rudes efficiemur rerum celestium peritis, si improbi, efficiemur boni, & cum his, qui ore & opere Deum laudant, erimus etiam sermone & vita Domini laudatores. Paupercula Ruth de consilio socris suae, Booz setuis adhaerens, nec mendicitatem, nec famem sentit, aded ut secum ferat, vnde socro prouideat. Nam sedit ad messorum latus, & congescit polentam sibi, comeditque, & saturata est, & tulit reliquias. Quana est ista Ruth, nisi anima virtutis auida, quam Dominus eodem cibo, quem desiderabat, exsatiat? Et quis Booz, nisi Christus, qui pallium protectionis suae super Ecclesiam expandit, & eam donorum suorum copia cooperit? Et qui messores, nisi esurientes iustitiam, qui virtutum manipulos colligunt, quos in horrea cordium inferant, & in tempus necessitatis recodant? His adhaerendum est nobis, & ad eorum latus sedendum, si volumus verbo edificationis tamquam pane famem depellere, & eorum imitatione saturari, & doctrinam, vnde animae senescit, id est, in bona conuersatione nutanti prouideamus, acquirere. Quanta verò sit in conuersatione bonorum utilitas, & quam magnum in coniectu malorum periculum, Basilium filium spirituales monens, egregia & luculenta oratione demonstrat. Perfectorum virorum, inquit, consortio fruire, & contubernio abstinentium deleteretur anima tua, & a colloquiis eorum, ne auertas aurem tuam, verba enim vitae sunt verba eorum, & incolumitas animae iis, qui ea libenter attendunt. Sicut enim sol oriens effugit caliginem, ita sanctorum doctrina a sensibus tuis expellit tenebras. Talium virorum, quae so, ne deuites consortia, vt eorum monitionibus aures tua erigatur ad caelum, & fluxam saeculi gloriae pro nihilo possis despiciere, & virtutes animae haurieris fetus tui. Deuita viros, quos erga mandata Dei vides negligentes, quia mortui sunt virtutibus, & videntur viuere passionibus, quia letantur in propriis voluntatibus, & gaudio carent diuino. Cum huiusmodi viris nec sit tibi vlla commixtio, nec velis cum eis sermocinari assidue, nisi poteris solummodo ab erroris itinere renocare eos. Caterum si non vales, deuita vt publicum hostem, saepe enim per vnam omnem morbidam grex totus polluitur, & modica pars fellis magnam dulcedinem in amaritudinem vertit. Et aperit sane eleganter, quantum damnum ex assiduo colloquio cum tepidis, & quanta utilitas ex bonorum allocatione proueniat. Nam sicut ovis scabie laborans non aduertentibus, nec timentibus aliis, eodem eas morbo coinquinat: ita vnus frater inordinatus, semel alios ad se accedentes imperfectionum cogitatione contaminat. At sicut sol nullo labore nostro, nos tenebris liberat, & luce ac calore perfundit, ita bonorum alloquia, quibus actus demonis explicant, virtutum naturam monstrant, & ad viam spiritus adhortantur, nos desiderio perfectionis accedunt, & vinculis tepiditatis exoluunt. Vnde Salomon ait: Multi cibi in noualibus patrum: & aliis congregatur absque iudicio. Prorsus ita est: noualia enim patrum sunt vitae, & alloquia iustorum, quae cibis, id est, exemplis, & doctrinis virtutum abundant. Hi autem cibi congregantur sine iudicio, id est, sine labore his, qui iustus se adiungunt, & eorum vitam suscipiunt, & sermonem auscultant. Virtus namque delicta & considerata mouet, & sermo spiritualis

Ruth. 2.

Basil. ad  
monit. ad  
filium spi-  
rituales.

Prou. 13.

A libeter auditus, mentem desiderio virtutis inflammat.

Expertus est hoc bonum beatissimus Pater Gregorius, qui ad apicem Pontificalis dignitatis euectus, diuina dispensatione factum existimat, vt multi sancti à suo monasterio fratres, eum ad palatium sequerentur. Vt eorum semper exemplo, inquit, ad orationis placidum litus, quasi anchorae fune restringeret, cum causarum saecularium incessabili impulsu fluctuarem. Ad illorum quippe consortium, velut ad tutissimi portus sinu post terreni actus volumina fluctusque fugiebam, & licet illud me ministerium ex monasterio abstractum, à pristinae quietis vita mucrone suae occupationis extinxerat, inter eos tamè per studiosam lectionis alloquium quotidianae me aspiratio compunctionis animabat. Expertus est etiam Bernardus sanctissimus, qui alicuius viri iusti aspectu, aut alloquio recreatus, naturalem cordis duritiam repellerebat, & spiritus suauitatem & consolationem acceptabat. Frequenter ego ipse ait, (quod fateri non verecundor) maximèque in initio conuersationis meae, corde durus, & frigidus, & quarens, quem vellet diligere anima mea, nec adhuc enim diligere poterat, quem nodum inuenerat, aut certè minus quam vellet, diligebat, & ob hoc quarebat vt magis diligeret quem nequaquam quareret, nisi iam aliquatenus dilexisset. Cum ergo eum quarerem, in quo recalesceret spiritus meus vtique torpens, & languens, nec vlla parte occurreret, qui succurreret, per quem videlicet pruina rigens, quae sensus stringebat inter nos, dissolueretur, & vernalis illa suauitas ac spiritalis amoenitas reuerteretur: tunc magis ac magis languagebat, & tædebat, & dormitabat anima mea praeradio, tristis penè, & desperas, & mustitans secum illud: A facie frigoris eius quis sustinebit? cum subito forte ad aspectum, vel etiam aspectum cuiuspiam spiritualis perfecti, viri, interdum & ad solam defuncti seu absentis memoriam flabat spiritus, & fluctebat aqua, & erant mihi lacrymae illae, panes die ac nocte. Quidnam istud, nisi odor exhalantis vnctionis, qua erat ille perfusus: Si tantum potest apud sanctissimos viros spiritualium alloquio virorum, quantum vtilior erit nobis, qui vt pauperes, & despecti, nihil aliud virtutis habemus, nisi quod ex aliorum doctrina discimus, & quod ex bonorum imitatione decerpimus: Perfectus sicut ceruus (vt fertur) venenum ex antris & speluncis halitu suo trahit, & illa mirabiliter purgat, ita spirituales viri ore suo, & verbis suis, audientium corda purificant, & ab eis peccatorum contagia depellunt. Et si tu, aut superbia tumes, aut inuidia cruciaris, aut indignatione disceperis, dum humilem, aut fratrum amatorem, aut mansuetum audis, & eius familiaritate veteris, miro modo à vitij labbe, qua infectus eras, & à praua consuetudinis infirmitate purgaris. Verè fauus mellis composita verba, id est, discretionis virtute condita. Nam sicut mel stomachi phlegmata purgat, & cibi appetitum excitat, ita conuersatio sanctorum, ad bona opera nos incitat, & improborum morum sordes expellit. Nec sola verba iustorum haec possunt, verum & simplex, ac humilis eorum aspectus. Quia si, vt inquit Hilarius, nonnullae aues, & herbae, vix tantum & conspectu, morbos sanant, quid mirum si perfecti viri luminibus corporis mentisque conspectu, morbos spirituales depellant? Siquidem oratio eorum, velut suavis concentus est auium, qui nobis bona impetrando nos recreat, & ipsorum operatio est velut pulchritudo rosarium, & florum, quae cordis anxietatem ablegat, & laticitiae, ac gaudii corroborat.

Si tales sunt viri iusti, qui seruent spiritu, & vitam communem iustorum, minus suam salutem curantur

Gregor.  
epist. ad  
Leod. c. 1.  
moralium.

Bern. ser.  
14. m.  
Cant.

P. a. 147.

Prou. 19

tium

tium, superat, in magno pretio a nobis habedi sunt, & semper mentis oculis obiciendi, vt virtutes eorum tamquam gemmas pretiosas habere, & possidere curemus. Qui id ita faciunt iure optimo a Bernardo laudatur. Quantum putas illos ego admiror, inquit, quantum veneror in corde meo, quantum amplector charitatis affectu, qui velut nescientes eos, quos secum quotidie vident, vnum forte aut duos, seu etiam plures, quos in maiore feruore spiritus viderint, sibi ex omnibus eligunt, & cum ipsi forte meliores sint, semper tamen illorum sibi preponunt, & proponunt, in Domino sancta studia, & exercitia corporalia, seu etiam spiritualia. Quanta autem sit huius considerationis utilitas, idem sanctus pater cuiusdam fratris exemplo patefacit: qui semel post matutinas ita suum Abbatem allocutus est. Vae mihi pater, quia monachum in vigiliis vnum consideravi, in quo triginta virtutes numeravi, quarum ne vnam quidem in me inuenio. Hanc fratrum meliorum, & feruidorum aestimatio faciet, vt eorum sanctam conuersationem & familiaritatem quaramus, & tepidos ac seculariter viuentes declinemus. Nam si mundani homines cupiunt cum regibus, & nobilibus, & precipuis virtus amicitiam inire, qua se apud alios honorem comparate student, quidni familiaritate, & colloquium viroborum sanctorum cupiamus, quo non solum honorem apud alios, sed etiam virtutum thesauros, & perfectionis dignitatem adspicimus? Honor quidem nobis ex hac communicatione prouenit, sicut enim amicis stultorum similis efficitur, vt ait Salomon, ita qui cum sapientibus graditur, sapiens erit, & sine dubio sapiens reputabitur. Et dignitas quoque perfectionis accedet. Quoniam (vt nunc similitudine beati Dorothei vt ab ipso ad aliud propositum adducta) sicut in palatio regis sunt magni & splendidi magistratus, & duces, & comites, & alij generis claritate illustrissimi; sunt etiam alij communes homines, qui in minoribus obsequiis regi famulantur, & hi solent paulatim ascendere, & ad magnorum dignitatem admitti: ita dum in palatio summi Regis Christi, hoc est, in religione viuimus, & magnorum, nimirum perfectorum, & feruidorum familiaritatem ambimus, & conuersationem amamus, sensim ad eorum dignitatem ascendimus, & vite ipsorum sanctitatem imitamur. Hi ergo diligendi sunt, hi ab improborum obre- ctationibus protegendi, hi apud nos maximi reputandi, hi denique ad familiaritatem quaerendi, & libenter audiendi, quorum sermo nos doceat, quorum vita nos corrigat, & quorum nos oratio defendat. Audiamus illos, vt virtutis magistros, & ne occasio eos auscultandi deficiat, inutilia imperfectorum colloquia prudenter vitemus. Corrigamur eorum vita, & vt haec nos ad suam imitationem trahat, mores tepidorum aspernemur. Et efflagitemus eorum orationem, qua impetret nobis gratiam ad sequendum eos, quos Dei amicos & filios aspiciamus, & nobis meliores & perfectiores aduertimus.

Perfectorum mores a religioso sequendi.

CAPVT XXIII.



MOR, quo viros sanctos & spirituales diligimus, & laus, qua illos prosequimur, & modestia, qua eorum sermones audimus, studio eos sequendi perficitur, & labore imitandi completur. Qui enim auditor est verbi, & non factor, inquit Iacobus

Bern. ser. de altitud. & basitud. in cordib.

Prov. 13.

Dorothei doct. 23.

Iacob. 1.

A) Apostolos, hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis suae in speculo: considerauit enim se & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit. Nam si quis in speculo suam faciem spectet, & nec sordida lauet, nec turpia corrigat, nec incoposita debita sedulitate componat, is abutitur speculo, nec aliquam utilitatem ex sui aspectu & meditatione consequitur: ita qui viroborum spiritualium doctrinam aure solum excipit, neque ea suam vitam, & mores informat, doctrina quidem abutitur, in qua suas maculas veluti in speculo, errorisque conspexit, & virtutis pulchritudine, cuius causa verbum prolatum est, minime decoratur. Similis est ei, qui vestes pretiosas, & pulchrum ornatum aliorum laudat, & similibus indumentis suam nuditatem operire non curat. Audit quippe virtutum decorem, & indumentorum animae splendorem verbis exaggerat, & sua medicitate contentus fulgere similibus vestibus non affectat. Hos ad imitationem eorum quae audiunt & laudat, magnus Gregorius grauissimis verbis hortatur. Admonendi sunt beneuoli, inquit, vt sic alienis bonis cogant, quatenus habere & propria concupiscant. Sic proximorum facta diligendo laudent, vt ea etiam imitando multiplicent: ne si in hoc praesentis vitae stadio ad certamen alienum deuoti fautores, sed pigri spectatores assistant, eo post certamen sine brauiore remaneant, quod nunc in certamine non laborat, & tunc eorum palmas afflicti respiciant, in quorum nunc laboribus otiosi perdurant. Valde quippe peccamus, si aliena bene gesta non diligimus. Sed nihil mercedis agimus, si ea, quae diligimus, in quantum possumus, non imitamur. Qui & alio loco multa in idem argumentum accumulatur. Libri namque, in Apocalypsi vocantur vitae iustorum: Et libri aperti sunt, quoniam in illis legimus, non tantum quod sciamus, sed quod opere complere & imitari debeamus. Et vbera sponsa, quae populos Ecclesiae designat, comparantur duobus hinnulis caprae, gemellis, qui pastuntur in liliis, id est, in vitis, & exemplis perfectorum, quos moribus sequi est inter lilia spirituales cibos manducare. Ezechieli quoque praecipitur: Fili hominis ostende domui Israel templum, vt confundantur ab iniquitatibus suis, & metantur fabricam, & erubescant ex omnibus, quae fecerunt. Templum etenim est vita perfectorum, quae tunc aliis ostenditur, cum, vt eam imitentur, in exemplum proponitur. Quam qui non attingit, de culpa suae tepiditatis erubescit, secundum illud Iob. Respiciet homines, eos scilicet, qui non more bestiarum, sed more hominum suam vitam instituunt, & dicet, peccaui, & vere deliqui, & vt eram dignus non recepi. Si Dominus nobis viros sanctos, atque perfectos mittit, vt eos imitemur, amor erga ipsos, & doctrinae eorum exceptio, non propter seipsam expetenda est, sed ad virtutis ipsorum imitationem ordinanda. Nam sicut verba propter res instituta sunt, ita doctrina virtutis auditur, non tantum vt audiatur, vel vt sciatur, sed vt opere compleatur. Quam audiens, & actioni non accommodans, doctrinam quidem mutilam recipit, eo ipso quod non ei operationis fructu respondet. Ac proinde id nunc ab amatoribus virtutis, & sanctitatis exigimus, cuius causa vitam religiosam elegerunt, & ad bonorum consortium euolarunt. Quod non est aliud, (si Theodereto credimus) nisi mutua non tam verborum quam exemplorum instructio, & sedula virtutis aliorum imitatio. Refert enim ipse, Publium virum sanctissimum, a discipulis rogatum, vt ceenobium illis extrueret, eorum probasse consilium. Domino autem edificata praecipisse illis, vt simul viuerent, & se inuicem ad bonum incitarent, & vnus ex alio exem-

Greg. 3. p. pasto. ad mont. 11.

Idem 24. mor. c. 6. & 7. Apoc. 20.

Cant. 4.

Ezech. 14

Iob 33.

Theodo. hist. sanct. in Publio.

plum virtutis acciperet. Nā quomodo in foris ciuitatem, inquit, alius quidem vendit panes, alius verò olera, alius habet vestes venales, alius est opifex calceorum, à se autem inuicē id, quo opus habent, comparantes vitā agunt iucundiores: qui dat enim vestem, pro ea accipit calceos: qui autem emit olus, vendit panem. Ita nos oportet inuicē permutare virtutis partes pretiosissimas. ] Si ad hoc cœnobita sunt instituta, debemus nos, qui vitam religiosam nō in solitudine, sed in cœnobio, & cōgregatione multorum amplexi sumus, ad similitudinem canū, qui venationi deseruiūt, perfectiorū virtutes odorari, & eas insequi, quousque in nostrum eas vsū vēdicemus. Ex isto fratre discamus humilitatem: ex illo obedientiā ex alio fraternā charitatem, ex alio orationis instantiam, ex alio, māfuetudinem: nullāque virtutem in fratribus eiusdem propositi videamus, quam non tota mentis contentione imitari curemus. Et sicut virguncula hortulum rosarum, & florum ingrediens ex isto quidem frutice vnum colligit florem, & ex illo alium, & ex aliis rosas floresque decerpit, vt sibi ferum faciat, caputque coronet, ita anima spōsa Christi hortulum sanctæ religionis ingressa, ex vno fratre lilium castitatis, ex alio violam humilitatis, ex alio rosam dilectionis, & ex aliis alios virtutum lectissimos flores decerpit, ex quibus sibi pulchrū sertum perfectionis efficiat. Dum enim perfectorum virtutes imitatur, Christo se sponso suo, & sancto sanctorum assimilat. In ipsis siquidem, vt Hugo ait, similitudinis Dei forma expressa est, & ideo cum eis per imitationem imprimimur, ad eiusdem similitudinis imaginem nos quoque figuramur. ] Quid pulchrius, quā Christi insignibus indui? quid sublimius quā Christi decore circumdari? quid vtilius, quā Christi virtute formari? Sed hanc is assequitur, qui virtutibus perfectorum imbuitur. Hæc namque vestes sunt Christi, quas illi mutuo datas acceperunt, quas cum imitamur, vestibus Christi valde bonis fulgemus, & velut quidam Christi in mundo apparentes effici-mur. Ideo monet Ecclesiasticus: In partes vade sæculi sancti, cum viuus, & dantibus confessionem Deo. In partes quippe sæculi sancti transire, nihil aliud profectū est, nisi sanctorum, qui nos præcesserunt, virtutes addiscere: & cum viuus & Deum confitentibus demorari, est sanctorum præsentium virtutes adipisci, has autem, & illas possidere enitemur, vt Christo sponso animarum nostrarum poma noua, & vetera, id est, virtutes præteritorum sanctorum, & præsentium offeramus. Sancti quidem, qui nos præcesserunt, & in Domino dormierunt, sequendi sunt, vt Dominicus verbi gratia à suis filiis, & Frācisus à suis, & Ignatius à suis sociis ante oculos mētis ponēdus, & quo ad fieri poterit, in omnibus imitādus, quoniam illi sunt velut abundantissimi virtutum thesauri, in quibus facile erit quod imitemur inspicere, & quo discamus, accipere. Hoc autem erit, cum sancto Iob sepulchrum effodere, & de thesauro absconditi inuentione gaudere. Nam, vt inquit Gregorius, qui thesaurum quærit, gaudet cum sepulchrum inuenerit, quia sapientiam perquirentes, cum sacre Scripturæ paginas volumus, cum exempla præcedentium patrum perferutur, quasi ex sepulchro gaudium sumimus, & mentis diuitias apud mortuos inuenimus, quia qui huic mundo perfectē extincti sunt, in occulto cum diuitiis requiescunt. Sepulchro ergo diues efficitur, qui per exēpla iustorum, in contemplationis virtute subleuatur. ] Sancti etiam & perfecti viri, quibuscum viuimus, in exemplum admittendi, quia licet diuina bonitas possit nos per se ipsam erudire, tamē nostræ imbecillitati se sapiēter

A accommodans, non tantum verbis & inspirationibus internis, sed etiam perfectorum exēplis vult ad perfectionem incitare. Qui verò ista, vt sequatur, nō respicit, quasi aures mētis diuinis sermonibus claudit. Vita enim perfecti viri sermo Dei est, & quidem satis apertus, quo veram virtutem pandit, & perfectionis femitas ante oculos ponit. Ex his autem duobus ex imitatione scilicet priorum, & ex imitatione præsentium, vestis animæ nostræ texenda est, qua mirabili honore circundamur. Nam hæc vestis indumentum est regis nostri Christi Iesu, quod ille primus infinita pulchritudine splendidum induit, & postea tamquam vestem patris, charissimis filiis, id est sanctis & perfectis, accommodauit, & demum ex filiis, ad nos seruos transtulit, & illa in oculis suis pulchros, & amabiles, & in oculis sanctorum & Angelorum honorabiles fecit.

B Sed hæc referamus ad praxim, & dicamus quonā modo vestē istam induemus, & sanctorum tū præcedētium, tū præsentium virtutes imitabimur. Ad id quidē illud primū cōferet, si imitationem istam magni momenti existimemus, ex qua non minimus profectus spiritualis vitæ dependet. Sicut enim medicorum discipuli primō in scholis artem medendi corporibus humanis addiscunt, & postea probatissimis medicis per aliquot annos se adiungunt, vt quæ mente conceperūt, sciant in opus educere, & ad utilitatē ægrotorum accomodare: ita qui aut auditione sanctorum verborū, aut lectiōne librorū spiritualiū doctrinam virtutis quasi speculādo cognouimus, humiliter debemus per imitationē nos viris sanctis adiungere, vt cognita in actione profere, & opere præstare discamus. Neque idem est virtute scire, & virtutē exercere: & sciētia quidē, auditiō, & lectiō, & cōsideratiōe comparatur, sed exercitiō virtutis sanctorum & perfectorum imitatione conquiritur.

C Quos cum Dominus à cœtu religiosorū tollit, magna profectū eos castigatiōe percellit. Quā ob peccata nostra se per Isaiā nobis illatorū promittit, dicēs: Auferā à Ierusalem, & à Iuda validū, & fortem: omne robur panis, & omne robur aquæ, fortē, & viri bellatorē, iudicem prophetā, & atium, & senem. Principem super quinquaginta & honorabilē vultu & cōsiliarium, & sapientē de architectis, & prudentē eloquij mystici. ] Tu ista omnia nomina dignitatis cōsidera, & videbis perfectis viris optimē cōuenire. Ipsi nāq; sunt validi aduersus demones, & fortes aduersus seipsos: quorum vita robur est panis, & robur aquæ, quæ nutantes cōfirmat, & desolatos refrigerat. Ipsi fortes, qui mundū expugnāt, & viri bellatores, qui deprauatos affectus deuincūt, & iudices, qui sua omnia diiudicāt. Ipsi Prophete, quodāmodo qui occulta cognoscūt, arioli, qui ventura cōiectant, & senes qui rerum experiētia refulgēt. Ipsi aliorum principes, & vultu mentis honorabiles prudētissimi cōsiliarij, virtutis extruendæ periti, & qui possunt, vt Hieronymus ait, singulas animi perturbatiōnes sua sanare doctrina. ] Si tantum malum est his carere perfectionis doctoribus, magni momēti erit illos habere, & corū mores imitari. Postquā verò hæc perfectorum imitationē rem magnā & vitæ spirituali apprimē vtilem esse nouerimus, tūc à nobis quæredī sunt, quos cum fructu & sine periculo imitemur. Neque enim omnes viri perfecti imitandi sunt, sed illi, qui nobis eodē proposito ac vocatione iunguntur. Quia licet charitas, aut humilitas, aut quælibet alia virtus vna sit, at iuxta vocationes diuersas, aliū & aliū procedendi modū solet inducere: quem etiā tenere oportet, si nolumus à nostra vocatione deuiare. Alia ratione solitarius (vt aliquo exēplo vtar) charitatē fra-

Hugo, in  
serm.  
nouit. c. 5.

Ezech. 17.

Iob. 3.

Greg. 3.  
morc. 6.

I. Hieron.

I. Hieron.  
L. 1. l. 10.

ternā exercet, alio modo ad animarū vtilitatē vocatus: quia ille, dum aut extrema, aut grauis necessitas nō vrget, legibus charitatis, desiderijs & oratione satisfaci: iste verō non satisfaciēt, nisi cōmunibus necessitatibus subueniat. imō & nō vocatus se ingerat, & orationi ac desiderio prædicationis ministeriū. & alias Ecclesiasticas actiones adiungat. Vnde qui ad curam animarū vocatus, velle virtutes solitariorū, quoad substantiam earum, & modum imitari, similis esset illi, qui velle vestem sericam & subtilissimam eodem modo ac calecū assuere. Sicut enim calecus, qui ex rudi corio efficitur, alio filo, & alia ratione, quā velle serica assuendus est; ita humilitas, aut mansuetudo, aut charitas in altiori statu, aut periculosiori, diuersa ratione tractāda, ita felicet, vt occasionēs superbiæ, aut indignationis, aut inuidiæ, quas mitior status non habet, & idē nō vincit, fortiter & potenter euincat. Diues, & cōiugatus, Abrahā paupertatem, & Isaac castitatem imitetur, quorū ille diuitijs cor nō apposuit, & iste sua fuit vxore contentus. At quis putet, religiosum, & vitā cœlibem amplexum, his, aut similibus sanctis debere imitatione adherere, qui si aliquid vt proprium possideat, voti fracti reus est, & si scemine vel leuē cogitationem admittat, manifeste delinquit? Iste ergo Francisci paupertatem, & Domini puritatem imitabitur, quorū ille nihil omnino habuit, & vilissima quæq; in vsum necessitatis accepit, & hæc eadem, si præsto nō essent, magna stabilitate contempsit: iste verō angelicam vitam cœlis aduocans, & in terrā inuehens, corpore & mente, semper purissimus vixit.

Neq; etiam omnes nostri propositi, & nostræ vocationis imitandi sunt, quia multi illorū in inferiori gradu virtutis subsistunt, sed illi soli, qui ad culmen virtutis ascenderunt, & sunt planē in nostra vocatione perfecti: Frater minor non omnes suæ familiæ sibi imitandos proponat, quia aliquos fortassis inueniet magisterio virtutis indignos, sed imitabitur Franciscum, imitabitur Bernardinum, imitabitur Aggidium, & alios similes, quos diuina gratia non solum bonos fecit, sed ad apicem sanctitatis prouexit. Prædicator similiter Dominicum, Thomā Aquinatem, aut Lanthum, aut alium quemlibet ex suæ religionis columnis sibi imitandum constituet, cuius sanctissimis vestigijs insitat. Iesuita Ignatium, Xauerium, Stanislauum, aut alium ex nostris similem oculis mentis obiciet, quē habeat in omnibus virtutis exemplar: quem se & vicino sequatur, mirabiliter in virtute proficiet. Facile autē documentū hoc ex Ecclesiastico traemus, si tātisper à cortice literæ ad sensum absconditum deflectamus. Multi, ait, pacifici sūt tibi, & consiliarius sūt tibi vnus de mille. ]Pacifici enim nobis sunt illi, quos amamus, quibus bona volumus, cū quibus amicitiam inimus; & hi debent esse multi, imō & omnes, præcipuē nostræ vocationis fratres, quos debemus in Christo diligere, & charitatis visceribus amplexari. At consiliarius est ille, quo ad profectum mentis vitmur, cuius monitionibus erudimur, & quē nobis in exemplū virtutis proponimus; & hic sit oportet vnus de mille, id est, selectissimus, perfectissimus, cuius vita in perfectionis itinere calcaria nobis addat, & ad currendū, & felinādū impellat. Certē Calsianus ab vno tantū, aut à paucissimis sumenda ait virtutis & perfectionis exēpla. Eius verba sūt. Ad quod (scilicet perfectionis fastigiū) vt valeas facilius peruenire, exēpla tibi sunt imitationis ac vitæ perfectæ, in congregatione cōmoranti, à paucis, imō ab vno vel duobus, nō à pluribus, expetenda. Nā præter id, quod examinata vita, atque ad purum excocta reperitur in pau-

Ecces. 6.

Calsi. lib. 4. de vitijs 111. c. 40.

A cis, etiā istud ex hoc vtilitatis accedit, quod ad perfectionē propositi huius, id est, cœnobialis vitæ, diligentius quis vnus imbuitur, ac formatur exemplo. ] Et habemus adhuc firmiorē non iā Calsiani, sed Spiritus sancti sermonem, quo prædicta confirmemus. Paulus enim se & pauculos alios suis vestigijs inherentes Philippis ad imitandū exhibet. Imitatores mei estote fratres, inquit, & obseruate eos, qui ita ambulāt, sicut habetis formam nostram. ] Et Thessalonicenses laudat, quod ipsum fuerint cōuersatione sequuti: Et vos imitatores nostri facti estis, & Domini, excipiētes verbum in tribulatione multa cū gaudio Spiritus sancti. ] Rufus & Corinthios hortatur, Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. ] Spiritus sanctus loquebatur in eo, quem humillimum fecerat, quem ad humanæ vtilitatis cognitionem admiserat, & quem ita humilitate ditatum sine vllō ipsius Apostoli detrimento in exemplum omnibus perfectionis exposuit. Vnus ergo, & ille præcipuus, aut paucissimi, & illi perfecti, & insignes viri imitandi sunt, & sicut humanas artes non à quoquam sed à peritissimo artis addiscimus, ita æquum est, vt virtutem & sanctitatem non à quoquam bono, sed à sanctissimis & perfectissimis addiscamus. Nā alij communes homines, licet boni, nihil magnum nobis offerent, nihil sublime edocebunt, & eo, quod virtutis habent, multis imperfectionibus mistum, non multū nos ad perfectionem adipiscendam iuuabunt. Ne despicias itaque narrationem presbyterorum sapientium, & in prouerbis eorum conuersare; ab ipsis enim discas sapientiam, & doctrinam intellectus, & seruire magnatis sine querela. ] Hi presbyteri non tam atate quā moribus perfecti sunt, quorum si narratio suscipienda est, multo magis vitæ & conuersatio imitanda. Ab illis discemus veram virtutis sapientiam, & quomodo sanctos sequi, & Deum in illis honorare debeamus.

At si non vnus tantū perfectus vir, sed pauci à nobis imitandi sunt, tunc noster labor erit vtilior, cū non à quocumque eorum vniuersas virtutes quaerimus, sed vnā ab isto, qui in illa eminet, & aliā ab alio, qui ea reliquos antecellit, comparare curabimus. Quoniam enim diuersa sunt dona, & multimodæ gratiæ Dei, & varia iustorum ac perfectorum studia, inde prouenit, vt vnus in vno, & alius in alio genere virtutis emineat. Et cū iste velle mentius quā alij quibusdam virtutis studiis inuigilet, in illis alios iustos superat, à quibus tamen in alijs studiosis actionibus, quibus impensius insistant, euidenter excedit. In vnoquoque ergo præcipuam, & magis sibi dilectam virtutem inspiciamus, & in illa ipsum imitemur, propositis menti nostræ perfectis insignibusque virtutibus, vna in ea ( quantum fieri possit ) pulcherrima imago perfectionis resultet. Ita à viris perfectionis stuuiosis faciendum esse magnus Antonius pronuntiabat, quod & Ioannes Calsianus testatur his verbis. Vetus, inquit, est beati Antonij, admirabilisque sententia: monachum, qui post cœnobiale propositum fastigia nititur sublimioris perfectionis attingere, & apprehenso discretionis examine proprio iā potens est stare iudicio, atque ad arcem anachoreticos peruenire, minime debere ab vno quamvis summo, vniuersa genera virtutum expetere. Alius enim scientiæ floribus exornatur, alter discretionis ratione robustius communitur, alter patientiæ gravitate fundatur, alius humilitatis, alius continentiæ virtute præfertur, alius simplicitatis gratia decoratur. Hic magnanimitatis, ille misericordiæ, iste vigilarum, hic taciturnitatis, ille laboris studio cæteros super-

Philp. 3.

1. Thef. 1.

1. Cor. 4.

Ecces. 8

Calsian. lib. 4. de vitijs 111. c. 40.

minet. Et idcirco monachum spiritualia mella condere cupientem, velut apem prudentissimam debere vnamquamque virtutem, ab his qui eam familiarius possident, deflorare, & in sui pectoris vase diligenter recondere, nec quid minus aliquis habeat discutere, sed hoc tantum, quid virtutis habeat contemplari, studiosèque decerpere. Cunctas namque si ab vno volumus mutuari, aut difficile, aut certe numquam idonea ad imitandum nobis exempla poterunt reperiri. Quia licet necdum Christum omnia factum secundum Apostolum videamus in omnibus, tamen hoc modo possumus eum, id est, per partes in omnibus inuenire. De ipso enim dicitur: Qui factus est nobis ex Deo sapientia, iustitia, sanctitas, & redemptio. Dum ergo in alio sapientia, in alio iustitia, in alio sanctitas, in alio mansuetudo, in alio castitas, in alio humilitas, in alio patientia reperitur, membratim Christus per vnamqueque nunc sanctorum diuisus est. Concurrentibus verò vniuersis in vnitatè fidei, ac virtutis, redditur in virum perfectum, plenitudinem sui corporis in singulorum membrorum compage, ac proprietate perficiens. Sicut ergo pictor ille, qui voluit pulcherrimam Helenæ faciem effingere, nonnullas speciosissimas puellas sibi adduci poposcit, ut ex singulis, quod pulcherrimum, & mirabilissimum haberent, mutaret: ita anima, quæ non rei corruptibilis effigiem in tabula, sed perfectionis incorruptibilis imaginem in seipsa delineare contendit, viros perfectissimos seligat, ad quos respiciens, imaginem perfectionis, seu sanctitatis faciat, & non omnes virtutes ex vnoquoque eorum, sed istam ex isto, in qua excellens est, & ex illo aliam accipiat. Idem enim faciunt artifices, qui ad vsum magnæ reginæ, volunt ex gemmis, & lapidibus pretiosis aliquam vestem contexere: propositis namque in conspectu suo multis, variisque gazarum repositoriis, ex illo gemmulam clariùs lucentem, & ex illo smaragdum illustriùs emicantem, & ex alio carbunculum solis radiis se opponentem, & ex aliis meliores, & pretiosiores lapillos sumunt, quæ vestem illam exornent. Et tu, o anima, regina es, quæ teipsam regis, quæ omnibus terrenis dominaris, quæ Imperatoris cæli, & terræ connubium affectas. Tibi autem ipsi, & non aliis incumbit teipsam ornare, & gloria, & honore circumdare. Constituere ergo ante teipsam thesaurorum repositoria, animas scilicet sanctitate conspicuas. Ex ista accipe profundam humilitatem: ex illa purissimam castitatem: ex alia tranquillissimam mansuetudinem: & ex aliis perfectissimas alias virtutes decerpe, quibus ordinatum tibi pares, & vestem auro & gemmis pretiosiore conficias. Hac veste contexta, & exornata, eris sine dubio Regi gratissima, qui suum in te decorem aspiciet, & cumulum suorum donorum agnoscat.

Hugo. in  
infessus.  
nouis. c. 7.

Electis autem his sanctis, atque perfectis, quos debeamus imitari, cor nostrum humilitate molliendum est, & proprio contemptu præparandum: ut possit in se facile alienæ virtutis effigiem accipere. Nam si in corde nostro illis nos præponamus, & superbia mentis inflemur, nec non illos despiciamus, virtutum eorum inspectio non conferet ad exemplum, sed deseruiet ad ruinam. Vnde Hugo optimè ait: Sed sciendum est, quod nisi cera prius emollita fuerit, formam non recipit: Sic & homo quidem per manum actionis alienæ, ad formam virtutis non flectitur, nisi prius per humilitatem, ab omni elationis & contradictionis rigore molliatur. Neque enim per exemplum alterius, aliquando in

A melius reformari poterit, qui adhuc per elationis vitium, & bona aliena oppugnat, & sua mala defendit. Necessè est ergo, ut si veraciter bonos imitari volumus, prius per veram humilitatem, ad obedientiam corda nostra temperemus: quatenus vita nostra tanto citius ad nouitatem redeat, quanto promptius in omnem, quam viderit, virtutis speciem, per voluntariam obedientiam se inclinat: & tantò altius ei vestigiù alienæ bonitatis incipiat inherere, quanto arctius studet bona aliorum imitari potius, quam carpere. Ista cordis humilitas est, quæ propria mala cognoscit, & propria bona non multum aduertit, è contra verò aliena mala prudenter excusat, & bona ad imitationem libèter acceptat. Hæc est, quæ hominem ad id inclinat, ut se aliis minorem existimet. Nam si fortè in re aliqua, ait Bernardus, maior tibi fratre aliqua gratia collata videtur, sed in multis (si bonus æmulator fueris) iudicare te poteris inferiorem. Quid enim si fortè laborare, aut ieiunare plus illo potes, & ille te patientia superat, præcedit humilitate, supereminet charitate? Cum itaque animæ humilis proprium sit, seipsam reliquis in omnibus verè subiicere, eam prius sollicitè indue, ut ad aliorum imitationem procedas. Quam si habueris, nulla erit congregatio, licet paucorum, in qua non inuenias aliquos, aut saltem aliquem perfectum virum, in cuius imitationem incumbas. Sed siue præsentem, siue absentem, tibi in magistrum virtutis præfigas, respice illum, quàm sollicitus sit erga cultum Dei, quàm beneuolus erga vtilitatem proximi, & quàm rigidus erga seipsum. Diligenter attende, quàm feruenter oret, quàm diligenter psallat, quàm reuerenter & deuotè Agnum immaculatum in altari sacrificet. Considera, quàm sit silentij amator, quàm humilitatis sectator, quàm propria abnegationis obseruator, & quàm vniuersarum virtutum custos fidelissimus. Quæ autem in ipso videris, actione sequere, & ad tuam vitam transferre curato, ut sic tandem perfectus euadas. Quomodo pictores, ait Theodoretus, ad exemplar respicientes & oculos imitantur, & nasum, & os, & genas, & aures, & frontem, & ipsos capitis, & barbæ pilos, & ad hæc, & sessionem, & stationem: quin etiam ipsos oculorum intuitus, siue sint lati, & alacres, siue seueri, & truces: ita etiam oportet vnumquemque ex his, qui hæc scripta legunt, volentem vitam aliquam imitari, suam ad illam, quam eligit, componere: & quomodo fabri asseres rubrica dirigentes, eò vsque id, quod est superfluum, auferunt, donec appollita regula viderint asserè esse æqualem, ita etiam eum, qui velit vitam aliquam imitari, oportet seipsum ponere pro regula, & vitij rescicare superflua, & virtutis replere ea quæ defunt. His similitudinibus sanctus hic pater, optimè exponit, quomodo sancti sunt imitandi, & pro regula ad vitæ nostræ emendationem accipiendi.

E Et si vanitas interdum adolescentes, munus concionandi præripientes, adigit, ut non tam spiritum & rectitudinem intentionis magnorum concionatorum, quàm optimam prononciationem, & gestus, & verba nimis affectate imitari conentur veritas te adigat, ut mgnorum, & sanctorum virorum, non tantum virtutes præcipuas, sed & in loquendo modestiam, in aspiciendo circumspectionem, & in ambulando grauitatem imiteris. Paulus quidè monachus columbinæ simplicitatis amator, ac magni Antonij discipulus, adeo tenaciter magistris vestigiis inhererebat, ut magistro orante, oraret ipse: genu flectente, genu flecteret: ruficiente, rufiret: surgente, assurgeret: & quicquid Antonium facientem vidisset,

Ber. ser. de  
altesudone  
& basili.  
cordis.

Theodor.  
in historia  
sanctorum  
in vita  
Daminæ.  
30.

ipse

ipse absque vlla mora perficeret. Simplicitas hæc, & miranda, & laudanda est, ( ad hoc enim aliqui non contemnendi scriptores eam literis consignarunt ) & in aliquo etiam documento adificationis imitanda. Vt scilicet sanctos viros non tantum in maioribus virtutibus, verum etiam in minoribus sequamur. Perfectio enim, quæ magnum Dei donum est, ex magnis virtutibus & ex minoribus coalescit; quare tam illæ quàm istæ imitandæ sunt à viro perfectionis cupido, vt si nec in magnis, neque in minimis à vera virtute discedat, diligens in omnibus sanctorum discipulus factus, apud homines, & apud Deum similis illis, id est sanctus & perfectus, existat.

*Christus Saluator noster, quo ad fieri poterit, imitandus.*

CAPVT XXIV.



**S**ex riuulis bibendum est, cur non ex ipso limpidiſſimo fonte bibemus? ſi à diſcipulis addiſcédum, cur nõ ab ipſo magiſtro docebimur? Et ſi vtile eſt, factos, vita & conuerſatione ſequi, quãdò vtilius erit & fructuoſius ipſum ſanctum ſanctorum, & abſolutiſſimũ omnis virtutis exemplar imitari? Certè hoc documentum, quod modò explicãdum aggredimur, tanti momenti eſt, vt ipſum ſolum, ſi bene & diligenter obſeruetur, ad aſſequendam maximam perfectionem ſufficiat. Imò vniuerſi ſancti; eò maiores aut minores fuerunt, quò diligentius aut ſegnius, hoc (quod nunc dicemus) obſeruarunt. Sicut enim illa lux maior eſt, quæ ſimilior eſt ſoli, & illa minor quæ magis à primo illo lumine diſtat: ita ille ſanctus maior eſt, qui perfectius Chriſti veſtigia ſequitur, & ille minor, qui minus perfectè eius virtutes imitatur. Chriſtus profectò datus eſt nobis, nõ tantum in Redemptorẽ, qui nos redimeret, in magiſtrum, qui nos edoceret, verum etiam in exemplar, cuius vita nos ad omnem perfectionem inſtrueret. Quod & ipſe, ad hoc etiam veniſſe, manifeſtè fateatur, dicens: Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. ] Et iterum: Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. ] Ad quid etiam ille Rex ſummus, & verus filius Dei, ac ſanctitatis, origo, qui ad infinitam ſanctitatem, quam à momento ſuæ conceptionis habuit conſeruandam, nullo prorfus medio indigebat, in ſtabulo naſcitur, & pannis inuoluitur, & in præſepio collocatur, & octauo die circumciditur, & in Aegyptum fugit, & pauperem vitam ducit, famem & ſitim ſentit, frigore ælget, moleſtia itinerum fatigatur, montem oraturus petit, pro panibus acceptis gratias agit, & patientiſſimè timorem, ignominias, opprobria, flagella, ſpinas, alapas, clauos, crucem, & mortem perfert: Ad quid, inquam, hæc? Numquid vt ipſe proficeret, num vt virtute creſceret, qui ſemper immenſus & infinitus fuit? Non, ſed vt nobis exemplum præberet omnis iuſtitia, & exemplar vniuerſarum virtutum ſe exhiberet. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, inquit Petrus Apoſtolus, nobis relinquens exemplũ, vt ſequamur veſtigia eius, qui peccatum non fecit, nec inuẽtus eſt dolus in ore eius. Qui cum maledice retur, non maledicebat, dum pateretur, non comminabatur. ] Paulus quoque: Per patientiam curramus

1. Cor. 13.  
 Matt. 11  
 1. Petri 2.  
 Hebr. 12.

**A**d propoſicum nobis certamen, aſpicientes in auctorem fidei, & conſummatorem Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem, conſuſione cõtempta. ] Ad currendum enim duobus pedibus, quorum alter eſt bonum facere, alter verò malum patienter ſuſtinere, aſpiciendus eſt inchoator fidei, qui ſemina fidei, & omnis virtutis in nobis iccit, & conſummator eiufdem fidei, qui quod incepit, perfectit Chriſtus Ieſus, vt ſicut ipſe propter propoſicum ſibi gaudium, redemptionis omnium ſuſtinuit crucem, & cruciatus, mortemque contempſit: ita & nos propter gaudium æternum, quod ſperamus, imò & propter gaudium placendi Deo, quem vnice amamus, (quod ſuprà quàm dici poteſt, eximium eſt) ad bona opera præſtanda, & ad labores, & præſuras ſuſtinendas ſeſtinemus. Eſt Saluator noſter inſtar magnetis: nam ſicut magnes non verbis, ſed abſcondita naturæ vi ferrum ad ſe trahit, & milabili nexu coniungit: ita Chriſtus non ſolum docendo, vt magiſter, & faciendo, vt Redemptor, ſed etiam operando, vt virtutis exemplar, corda noſtra ferrea poſt ſe trahit, & ſibi per veram imitationem venit. Quã ſponſi proprietatem indicat ſponſa, cum ab ſponſo ad ſe trahi inſtanter eſſagitat. Trahe me, inquit, poſt te curremus. ] Trahe, inquam, ad modum magnetis, & virtute actiõnum tuarum me tibi actiõnibus virtutis aſſimila. Eſt denique ſtatera illa, de qua Sanctus Iob ait: Appendat me in ſtatera iuſta: & ſciat Deus ſimplicitatem meam: ] quia tunc conſtat quãta virtutis ſumus, cum vitæ Saluatoris comparatur. Bene enim Gregorius ait: Quis verò ſtatera nomine, niſi mediator Dei, & hominum designatur? In quo æqua lance omnia merita noſtra penſatur, & in cuius præceptis agnoſcimus, quid in noſtra vita minùs habeamus. In hac autem ſtatera appendimur, quoties ad vitæ eius exempla prouocamur. ] Et paulò poſt: Ad hoc Dominus apparuit in carne, vt humanam vitam admonendo excitaret, exempla præbèdo accenderet, moriendo redimeret, reſurgendo repararet. ] Diuerſo itaque modo Chriſtus, & alij ſancti nobis dati ſunt, vt nos ſuo exemplo illuminent, & ad virtutis amorem accendãt. Iſti vt ſtella, quæ à Redemptore noſtro ſplendorem mutuatur, & ſi cum ipſo conſerantur, parum illuminant: Ille verò vt ſplendidiſſimus ſol, poſitus in feruore diei, qui infinitam virtutis lucem emittit, & (quod ad ſe pertinet) minimas quoque tenebras imperfectionum diſpellit, & in vnaquaque re, quod perfectiſſimum eſt, manifeſtiſſimè oſtendit.

**H**oc virtutis & ſanctitatis exemplar præcipuè in omnibus inſpiciendum eſt, vt ex ipſo imentium melius, quàm ex aliis, quicquid eſt virtutis, addiſcamus. Quod ſanè & debitum, & neceſſarium & vtiliſſimum, & honorabiliſſimum eſſe, quiſque manifeſtè perſpiciet. Debitum quidem eſt, quoniam verbum patris carnem noſtram ſibi vniuit, & quod ſemel aſſumpſit, numquam depoſuit, nec ab homine aſſumpto diſceſſit. Gratiſtudo autem poſtulat, imò & iuſtitia petit, vt amatori noſtro per imitationem vniamur, & numquam ab eius ſequela recedamus. Infixus ſum, inquit ipſe, in limo profundis, & non eſt ſubſtantia. ] Si ipſe theſaurus incomparabilis, dignatur in luto ſemper hætere, quare lutum viliffimum non putabit debitum theſauro incomparabili copulari? Sed dic tu, Bernarde ſanctiſſime, quod eſt hoc lutum, cui filius Dei ſe fateatur infixus? Fortaſſe, inquit, crux ipſa nos ſumus, cui Chriſtus memoratur infixus. Homo enim formam crucis habet, quam ſi manus extenderit, exprimet manifeſtius. Loquitur autem Chriſtus in Pſalmo:

Cant. 1.  
 Iob. 31.  
 Grego. 21 mor. c. 5.  
 Pſal. 68  
 Ber. ſer. 4. in viſita Nat. iuſtitiæ.

In

Infixus sum in limo profundi. Limum quidem nos esse, manifestum est, quoniam de humo psalmati sumus. Sed tunc quidem limus paradisi fuimus, nunc verò limus profundi. Infixus sum, inquit, non pertransij, non recessi. Vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi. ] Ipse est enim Emmanuel, nobiscum Deus. ] Quòd si Christus numquam recedit à te, ô lime vilissime, sed semper carnem tuam gestat, & semper te amore complectitur, & beneficiis sibi deuincit, vt à tua insensibilitate suam imitationem extorqueat, vtique debitum est, vt numquam ab illa discedas, sed iugiter suam charitatem, humilitatem, & virtutes reliquas imiteris. Necessarium etiam est, quoniam Christi imitatio, iustitia est, sanctitas est, apertio est ianue regni cælorum. ] Nisi conuersi fueritis, ait ipsa veritas, & efficiamini sicut paruulus iste, non intrabitis in regnum cælorum. ] Quis iste paruulus, cuius similitudinem gestare debemus, si nolumus à sede regni cælestis excidere? An ipse Dominus Iesus Christus, cuius magnitudinis non est finis? Certè ita, si Bernardo credendum est. Fortè, inquit, seipsum dicebat. Nimirum ipse magnus Dominus, & laudabilis nimis, ipse paruulus, qui datus est nobis. Nec tamen magnus interim, sed paruulus exhibetur, vt seipsum faciat gratum, & efficax necessaria p̄uitatis exemplum. Ad paruulum ergo sit cõuersio tua, vt dicas paruulus esse, & tu quoque cum conuerteris, paruulus fias. Enim verò audi, quàm euidenter ipsum tibi (in quo constituit formam conuersionis) paruulum manifestat, signanter ea, quæ sunt paruuli in seipso imitanda proponens. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. ] Gemina paruitas, humilitas & mansuetudo. Et illa interior, ista exterior paruitas, utraque tamen non parua virtus est. Nempe quam paruulus ille tam magnus, vnicum magisterium profertur. ] Si itaque necessarium est huius paruuli formam induere, ne vitam eternam amittamus, & paruulus iste Christus est, qui seipsum abbreviauit, vt meritum suorum nos tactu foueret, proculdubio necessarium omnino est, eam saltè, quæ in præcepto posita est, Christi imitationem queritare.

At si ultra præceptum volumus Christum sequi, & eius indumento, quòd omnis virtus est, vnde quæ vestiri, id quidem vtilissimum inuenitur, nam & illum magistrum sequimur, qui breuius instruit, melius docet, & nec in minimo à tramite deuiat veritatis. Alij enim virtutis magistri, licet sancti, non possunt in hac vita omnino aliquam peccati contagionem euadere, & omnem imperfectionem euitare. Et ideo, dum eorum virtutem sequimur, facile nonnulla imperfectione solemus. Sed nõ ita Christus, quem (cum ab omni labe purus sit) si imitamur, in ipsa imitatione, ab omni etiam minima imperfectione discedimus. Et si contrahimus aliquam, illa non ab ipso exemplari manauit, sed à nostra imbecillitate processit. Succurrat nobis, sicut in cæteris, etiã idè in hac vtilitate Bernardus, nec mirum, quia magnus Christi imitator, multa de hac imitatione dictauit. Ille sine dubio, inquit, lauare me potest, quem constat inquinatum non esse. Hæc manus opertum luto detergat oculum meum, quæ sola sine puluere est. Ille mihi festucam educat de oculo, qui non habet trabem in suo: imò iste trabem educat de meo, qui nec exiguum puluerem habet in suo. ] Indicat satis apertè discrimen, quod inter imitationem aliorum sanctorum, & imitationem Christi potest intercedere: Quòd illi in hac vita oculos nonnullo puluere conspersos, & manus aliqua forde, licet minima, infectas habuerunt, quare facile erit, dū nos purgant,

A aliquam maculam, quam nõ viderunt, relinquere, aut aliquem puluisculum manu operis agglutinare. Hic verò, qui in suis oculis nihil pulueris habuit, & in suis manibus nihil omnino imperfectionis admittit, nec aliquid imperfectionis (quantum in ipso est) in nostra mente relinquet, nec simul cum virtute aliquam imperfectionem comunicabit. Ob id Paulus modestissimè de se sentiens, ait: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. ] Ac si diceret: Quia ego homo sum & licet perfectus, & primitias spiritus habens, nonnullis fortè imperfectionibus obuolurus, eatenus à vobis imitandus sum, quatenus ego Christum imitor, nam si quod est, in quo à Christo vel minimum deuicè, in hoc nullatenus volo ab hominibus imitari. Ac tandem hæc Christi Saluatoris imitatio honorificentissima est, quæ nos virtute perfectissima, causa honoris replet, & apud omnes rectè sapientes honorabiles facit. Nam si ille honorificentior est in republica terrena, qui similior & propinquior est regi: in Ecclesia profectò honore & reuerentia dignior erit, qui vigilantius contenderit Christo appropinquare. Et quantò magis ipsi se conformare studuerit in terris, tantò erit gloriosior & sublimior, ac ei sede propinquior in cælis. Quia sicut gloriam beatorum Christi imitatio officit, ita maiorem gloriam perfectior imitatio pariet.

Ut autè Christum Redemptorem nostrum imitemur, illud in primis sciendum est, actiones nostras, quibus in virtute proficimus, duplices esse: quasdam, quas Christus per assumptam naturam gestit, vt orare, ieiunare, predicare: alias verò, quas numquam exercuit, vt propria peccata flere, aut aliquid sciendi causa interrogare. Nec enim decuit, vt Saluator hominum vniuersas hominum actiones, illas præcipuè, quas ex imbecillitate suscipiunt, per seipsum expleret. In illis ita te gere, vt quotiescumque aliquid operaris, Christum Iesum coram oculis mentis habeas, & taliter actionem illam, cui incumbis, perficere studeas, qualiter cogitas eam à Christo tempore suæ mortalitatis fuisse completam. Si oras, Christi reuerentiam, & attentionem, & feruorem in oratio, quantum potueris, ad teipsum trãfer. Si loqueris, Christi modestiam, & veritatem in loquendo, ac vtilitatem, nec non & verborum paritate sequere. Si corpus cibo & potu reficis, Christi abstinentiam, & sobrietatem tuam in quantitate, tum in qualitate cibi & potus obserua. Si aliud, quid agis, Christi ordinem, ac modum operandi imitari stude. Sanctus Bonauentura in hunc modum huius meminit saluberrimi documenti: Describere tibi in corde tuo mores, & actus Christi, quàm humiliter se habuit inter homines, quàm benignus inter discipulos, quàm modestus in edendo & bibendo, quàm misericors super pauperes, quibus se similè fecerat per omnia, & qui de eius specialiter familia videbatur. Quomodo nullum spreuit, vel horruit, etiam si erat leprosus. Quomodo diuitibus non adulabatur. Quàm liber fuit à curis mundi, nec anxius pro corporis necessitatibus: quàm verecundus in visu, quàm patiens ad contumelias, & quàm mitis in responsis. Non enim studuit se vindicare verbo mordaci, & amaro, sed blando & humili responso alterius malitiam sanare. Item quàm compositus in omnibus gestis suis: quàm sollicitus de animarum salute, quàm amore, voluit incarnari, & mori dignus est. Quomodo seipsum præbuit exemplum omnis boni. Quomodo mulierum familiaria colloquia vitauit, causa exempli, vnde etiam discipuli mirabantur, quando solus cum Samaritana loquebatur, eo quòd quasi insolitum videbatur in ipso. Item quàm patiens laboris

1. Cor. 11.

Bonas. in inform. nat. nouit. p. 1.

32.

Ioan. 4.

&amp; peno

Magi. 28.

Mat. 18.

Bern. ser. 2. in conuersione Joh. D. Pauli.

Mat. 11.

Bern. ser. 4. in vigilia Natalis Domini.

& penuria: quàm compatiens afflictioni. Quomodo condescendit infirmi imperfecti: quomodo omne scandalū cauebat: quomodo peccatores nō spreuit: quomodo pœnitētes clementer suscepit: Quā placidus in omnibus dictis suis: quām studiosus ad orationem: quām promptus in ministrando sicut ipse dixit. Ego in medio vestrum sum, sicut qui ministrat.]

Item quam sobrius ad vigilias; quām obediēs parētib. Quomodo omnia iactantiam, & singularitatis ostentationem declinavit: quomodo omnē gloriam, & potestatem huius mundi fugit, & multa alia ipsius acta memoria tuæ propinqua sint, vt in omnibus factis, & verbis tuis sēper ad hūc quasi exemplar respicias, incedens stās, sedēs, & comedens, taceas, & loquens, solus, & cum aliis. Et ex hoc magis diliges eum, & familiaritatis eius gratiam, & fiduciā afflequetis, & in omni virtute perfectior eris. Et hæc sit sapiētia tua, & meditatio, & studium, semper aliquid de ipso cogitare, vnde vel prouocetis ad imitandum eum, vel afficiaris ad eum amandum.] Et quidē ita omnia, & alia particularia, deuotē in Christo cōsiderāda sunt, & præ oculis semper habēda, vt in quocumque opere, quod exequimur, hūc sanctitatis præceptorem inspiciamus, & qualiter ille in simile opus incūbebat, taliter nos operari curemus. Ad id enim hortatur Paulus cū ait: Estote imitatores Dei, sicut filij charissimi: & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos.] Vt quemadmodum filij nō tantū patrum suorum opera, sed etiam modū agēdi præferre solēt, ita & nos filij Christi Iesu in operibus sanctis, atque in modo ac ratione eas præstādi eum diligenter imitemur. Nec solum fratres diligamus, verū & in modo diligēdi, quantū fuerit nobis possibile, ad eū propius accedamus. Atque huic studio sequendi Dominum lux cœlestis promissa est: nam ipse ait: Ego sum lux mundi; qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ.]

Prorsus ita est Domine: Tu lux mundi es, nam & ignorantia nostrā tenebras destruis, & mysteriōrū cœlestium, ac verā & perfectā virtutis cognitionē infundis. Si te sequimur, id est, si te pro modulo nostro imitamur, & eo modo, quo tu operaberis salutem nostram in medio terræ; nos eandem salutem nostram operari contendimus, nequaquam ambulamus in tenebris, neque gressus nostros in caligine peccatorum desigimus, sed vitale lumen, quod nos ad vitam ducit, & à te vera vita progreditur, & in æternam vitam nos inuehit, te donante, & mittente, suscepimus.

Alias verò actiones, quas Christus per seipsū non exercuit, vt Beatam Virginem deprecari, sanctos inuocare, aut propria nostra peccata deslere, ita assumamus, qualiter ipsū Dominum similes alias admisisse, aut qualiter istas, si ipsum deceret, se admisisse fuisse intelligimus. Christus enim, qui datus est nobis in doctorem vitæ, atque in magistrū cœlestis discipline, ita vitam suam temperavit, vt sanctissimis operibus suis, qualiter omnia bona opera à nobis præstāda sint, perspicuē docuerit. Et ideo formam statuum, qui dignitati eius non repugnabant, manifestē suscepit. Nam & se Prælatū exhibuit, cū discipulos suos edocebat, & familiā illā gubernabat; & se subditum præbuit, cū matri & nutritio subdebatur, vt Lucas ait, & coram impiis iudicibus sactus iudex viuorum, & mortuorū ea humilitate, & modestia, ac si esset subditus, stetit Desertūpetij, vt formam viuendi solitarii daret, & ciuitates, ac turbas frequentauit, populosque docuit, vt prædicatores in circumspeditione motū, & in zelo animarū instrueret. Virgo fuit, & virginittatis decus pulcherrimū, vt

virgines edoceret: & sponsus Ecclesiæ tenerim us vt coniugatos in honestate, & in amore erga coniuges erudiret. Ipse Rex, qui reges docet amare iustitiam, ipse Pontifex summus, qui Pontifices & Episcopos ad imitationem suæ benignitatis & puritatis inducit. Eum ergo, qui se omnia omnibus facit, facile erit ad omnia bona in magistrum trahere, & cum in omnibus bonis actionibus imitari. Id autem ego puto deargentare pennas nostras in conuersatione Saluatoris, vt in morem columbæ ad perfectionis fastigium euolemus. Si dormiatis inter medios clericos, inquit Dauid, pennæ columbæ deargentatæ.] Et vnde pennæ deargentatæ ei, quæ inter clericos dormit, & semper inter mille occasiones peccandi, requiescit? Et quomodo columba illa anima, quæ inter coruos habitat, & dolis ac mendaciis huius sæculi circumseptæ est? Certè columba, quia licet corpore in sæculo, tamen corde in petra, id est, in vulneribus Christi commoratur, & pennæ eius deargentatæ, id est, opera sancta, atque perfecta, quia Christum ipsum vera imitatione sequitur. Hæc imitatio facit, vt à clericis nigredinem non contrahat, & ex peccandi occasione, vulnus peccati nō accipiat. Christus ergo caput nostrum est, vnde ab eo, cœu à capite omnes actiones nostræ virtutis influxum expectent. Tunc autem expectant, cū per gratiā huius capitis operamur; & ei operum imitatione coniungimur. Et felix membrum, vt Bernardus ait, quod huic adhæserit per omnia capiti, & sequetur illud quocumque ierit, quia sic sensum & vitam accipiet, & influxum alterius capitis, scilicet iniqui hostis, effugiet. Christus tandem Creator noster est, qui sicut nos diuina sua virtute creauit, ita & suæ humanitatis imitatione reformat, & imaginem suam peccatis nostris scdatam, ad gratiæ nitorem & sanctitatis pulchritudinem reuocat. Quare, vt hunc nitorem adipiscamur, eum mens nostra contempletur, eum affectus complectatur, & ipsum actio & vita semper imitetur. Sic Christiformes efficiemur, & à Patre, vt filij charissimi diligemur, & cum naturali filio, nos in filios adoptati, per omnem æternitatem regnabimus. Amen.

*Quod religiosus perfectionis amator, congressu parentum & propinquorum abstineat.*

CAPVT XXV.



STA Christi Saluatoris nostri in omnibus imitatio tāti pōderis est ad perfectionem, quam querimus, assequendam, vt ferè nullo negotio omnia assequenda perfectionis instrumēta suppeditet, & omnem in sollicitam animam perfectionē inducat. Sicut enim qui mille recepit, nisi ingratiſſimus sit, & durissimus, facile vnum saltem ex tot acceptis reddet, ita qui opera Christi tam magna, tam mirabilia, sui causa facta considerat, facile, vt gratus existat, & vt suo profectui contulit, similia, opera, quantum humana fragilitas tulerit, in obsequium sui benefactoris restituet. Hæc verò manifeste sunt perfectionis gradus, quos, qui vnum post alium ascenderit, nequaquam in imo perſister, sed tandem ad optatam sanctitatem perueniet. Iam igitur Christi imitatores, in istud omnis virtutis exemplar oculos mentis intendant, & hoc documentum, quod sequitur, (& ad perfectam parentum & co-

gnatorum

Luce. 22.

Ephes. 5.

Ioan. 8.

Luce. 2.

Psal. 67

Bernardus  
in epistola  
ad romanos.

1. Cor. 7.

Luce 2.

Matt. 12.

Lauren  
Iustin. in  
ligno vitis  
israël. de  
obed. c. 3.

Hebr. 7.

Climac.  
gradu 3.  
de pere-  
grinatio-  
ne.

gnatorum derelictionem pertinet) non repugnan-  
ter, sed libenter suscipient. Nam ipse Dominus,  
vt huius renunciationis formam religiosis exhi-  
beret, puer duodennis parentes reliquit, & in tem-  
plo remansit, vt his, quæ æterni Patris sui erant,  
dum interrogat, & audit legis doctores, insisteret.  
Et instante iam prædicationis tempore dulcissimæ  
Matri valefecit, & ab eius, quæ proculdubid impedi-  
mento non esset, elongatus consortio, muneri  
prædicationis incubuit. Cumque semel docens in  
domo Matrem, & cognatos pro foribus stantes, &  
ei loqui desiderantes audisset, omni affectu sangui-  
nis, & carnis exutus, dixit: Quæ est mater  
mea, & qui sunt fratres mei? quasi diceret: Ego  
formam eorum, qui mundum relicturi sunt, præ-  
ferens, & ad munus prædicationis dimissus, ma-  
trem, aut cognatos terreno affectu non agnosco.  
Quem esse sensum illius interrogationis sequentia  
verba declarant. Digito namque monstratis disci-  
pulis, subiicit: Ecce mater mea, & fratres mei. Qui-  
cumque enim fecerit voluntatem patris mei, qui  
in cælis est: ipse meus frater, & soror, & mater  
est. ] Quæ mirabili sententia patefacit, quos nos,  
qui mundum abieciimus, patres, & matres, & fra-  
tres, & forores, & cognatos habere debeamus: eos  
scilicet eiusdem propositi socios, quos nouerimus  
ad explendam diuinam voluntatē excitatores. Ideo  
que Laurentius Iustinianus hunc eandem locum  
tractans, hæc scribit: Quare sic respondit Dominus  
Iesus: Vtique propter nos, vt conuersos ad Domi-  
num, tam non sollicitet cura parentum carnalium.  
& necessitudines illorum non impediant exercitium  
spirituale. Quamdiu enim in mundo sumus, debito-  
res nos consistit esse parentum. Postquam verò per  
obedientiam nosmetipsos reliquimus, nos ab eorū  
necessitatibus cognoscimus esse solutos. ] Passio-  
nem etiam, & mortem subiturus solus sine matre,  
& cum suæ œconomia testibus in hortum secessit,  
vt ibi non delitesceret, sed ludam proditorem, &  
Iudæorum satellites, se comprehendere volentes,  
excoiperet. Et credo, quòd nisi propter mysteriū Ec-  
clesiæ sponsæ designandum, ac propter virginis cō-  
stantiam, & amorem declarandum, minimè Matrem  
iuxta crucem stantem admisset. Tandem ipse fi-  
guratus est in sacerdote Melchisedech, de quo legi-  
mus: quòd erat sine patre, sine matre, sine ge-  
nealogia, neque initium dierum, neque finem habens.  
] Vt sic nos Deo per religiosam vitam consecrati,  
nec patrem in sæculo, nec matrem, nec genus  
habeamus, neque initium, neque finem seruiendi  
Deo, respiciamus, sed semper ei famulari & vitam  
istam cum vita perpetua amando, & orando, & lau-  
dando continuare velimus.

Christi ergo Iesu imitationem arripientes, nos,  
qui ad vitam religiosam vocati sumus, parentes, fra-  
tres, cognatos, & omnem carnem, & sanguinem re-  
linquamus, & propinquorum colloquia, negotia, &  
curas fūditi a corde nostro eliminemus. Mala enim  
ingentia, quæ ex hac communicatione sequuntur,  
nos ad eam deserendam hortantur. Quæ Ioannes  
Climacus in rebus spiritualibus admodū exercita-  
tus, in hunc modum enarrat. Grauis est, & omnino  
vitabilis ad propinquorum, vel etiam extraneorum  
aliquem immoderata affectio, cum ea nos ad sæcu-  
larem sensum possit attrahere, ignemque compun-  
ctionis nostræ penitus extinguere. Sicut impossibi-  
le est, vno oculo in cælum, altero in terrā aspicere,  
ita fieri nō potest, vt in his anima non periclitetur,  
qui corpore, & cognatione ab omnibus & propin-  
quis, & extraneis non se peregrinum fecerit. La-

bore ingenti, & fatigatione mores graues, & opti-  
mos acquirimus, & quos multo tēporis labore qua-  
tuerimus, fieri potest, vt vno momento temporis  
amittamus. Corruptunt enim bonos mores collo-  
quia mala, secularia simul, & turpia. Qui post abren-  
unciationem cum secularibus versatur, sine iuxta  
illos commanet, profus aut in eisdem laqueos in-  
cider, aut cor in eiusmodi cogitatione inquinabit:  
aut certe, si non inquinatus fuerit, eos qui inquinan-  
tur, iudicans, atque condemnans, & ipse inquinabi-  
tur. ] Non damnat illos iste sanctus eremita, qui ali-  
cuius necessitatis, aut spiritualis utilitatis gratia, pro-  
pinquos aut extraneos alloquantur, aut qui, iuxta  
vocationem suam, faculares ad bonum hortantur,  
sed eos damnat & merito, qui parentum, & co-  
gnatorum negotiis implicatur, & carnali affectu, aut  
illis aut aliis secularibus amicis, iunguntur. Hos au-  
tem merito taxat, quia duo opposita vnire, & copu-  
lare nituntur. Si enim duos oculos habentes, cælum  
vno, & terram altero simul videre nequimus: quan-  
tò minùs si vnum tantum oculum haberemus, eo  
eodem temporis momento, cælum & terram as-  
picere valeremus? At vnus animus tantum est no-  
bis, vnum cor, vna voluntas, vnus affectus, quomo-  
do ergo possumus eo cælum terramque comple-  
cti, & nos ipsos carne, & spiritu, Deos (qui totos  
nos petit) & parentum ac propinquorum negotiis  
occupare? Præsertim cum iuxta dictum Isaia, angus-  
tum sit stratum, ita vt alter decidat, & pallium  
breue, quòd duos aperire non possit. ] Nemo qui-  
dem potest amicum, & inimicum sequi, & familiari  
& hosti simul assentiri: Vnde nec poterit, Dei, & pa-  
rentum ac propinquorum, non tantum diuersa, ve-  
rùm & contraria, negotia tractare. Christus quippe  
amicus noster est, qui cum Dominus sit, personam  
etiam amici suscepit, cum protestatus est: Vos au-  
tem dixi amicos: ] parentes verò, & cognati, si nos  
ad suas curas & sollicitudines pertrahant, hostes  
sūt manifesti: quia inimici hominis domestici eius. ]  
Non ergo possumus Christi vestigia sequi, & propin-  
quorum nostrorum, quæ nos à Christo auellunt ne-  
gotiis & sollicitudinibus inhaerere. Nec parentes, ac  
sanguine iunctos, nos ad suas res temporales euo-  
cantes, iniuria afficimus, dum inimicos & hostes vo-  
camus, quos Bernardus, ad parentes cuiusdā sui mo-  
nachii scribens, erudeles filiorū interfectores appel-  
lat. Non sufficit vobis, inquit, quòd me in hac sæculi  
miseriam miseri miserum induxistis, quòd in pecca-  
to vestro, & peccatore peccatorē genuistis, quòd in  
peccato natum, de peccato nutritis: nisi etiam inui-  
dendo mihi misericordiam, quam cōsequutus sum,  
ab eo, qui nō vult mortem peccatorum, filiū insuper  
gehennæ faciatis? O dūrum patrem! o sæuam ma-  
trem! o parentes crudeles, & impios, imò non pa-  
rentes, sed peremptores, quorum dolor, salus pigno-  
ris, quorum consolatio, mors filij est, Qui me malū  
perite cū eis, quān regnare sine eis. Qui me rursus  
ad naufragium, vnde tandem nudus euasi, rursus ad  
ignem, vnde vix semivivus exiui, rursus ad latro-  
nes, à quibus semivivus relictus sum, sed mise-  
rante Samaritano iam aliquantulum conualui, re-  
uocare conātur: & militem Christi propē iam raptō  
cælo triumphantem (quod non in me glorior, sed  
in eo, qui vicit mundum) ab ipso iam introitu glo-  
riæ, tamquam canem ad vomitum, tamquam luem  
ad lutum; ad sæculum reducere molitur. ] Nec ob-  
stat, quòd sanctus hic pater eos parentes alloquitur,  
qui filiam suam à vita religiosa ad sæculum reuoca-  
re nitentur, quia patris ferè periculi, & damni  
est, si nos habitu religioso exuant, aut si retēto

habitu

1. Cor. 15.  
ex Menā  
dra.

I. a. 28.

I. an. 15.

Matt. 10.

Bernard.  
epistola  
11.

habitu, ad vitam secularem & ad curas & negotia secularia pertrahant. Si enim ego inter curas, a meo instituto alienas, periclor, si inter negotiationes seculares naufragium patior, si desiderii bonorum tempoarium, quae mei cognati aut parentes possideant, & laetitia suarum prosperitatum, ac tristitia & anxietate suarum aduersitatum discerpor, atque discrutior, quid refert si haec damna, & meae salutis detrimenta retento habitu religioso praferam, aut deposito eodem habitu patiar? An vana ista desideria me seculariter indutum suffocabunt, & non me religiosè vestitum ipsa demergent? An concupiscentiarum ignis acceptor est perlonarum, & secularem, qui ipsum abscondit in sinu, comburet, & religiosum etiam eum concendentem, imò se sponte concipientem in ignem, nequaquam consumet? Sed certe multò melius aut multò danabilius religiosus, quam secularis hoc distractionum mari demergitur, & hoc concupiscentiarum igne consumitur, quoniam isti pro ratione sui status, permillum est sibi & familiae temporalia quaerere, & in mundo viuenti concessum est, prosperitatibus & aduersitatibus mundi pulsari: ille vero, qui vitam caelestem, & a temporalibus curis alienam professus est, non potest illas tangere quin se contaminet, nec potest illis se implicare, quin desideria caelestia obruat & spiritus distractionis spiritu deuotionis absumat.

Si volumus ista mala certe horribilia vitare, parentes, & fratres, & propinqui omnes nobis fugiendi sunt. Sed quid est eos fugere? Numquid corpore domos eorum, conuictumque relinquere, & nos ad coenobium transferre? Nullo modo. Nam & seculares saepe solent, aut negotiationis, aut alterius cuiuscumque rei gratia ab vxore, & charis pignoribus, & familia discedere, & quia id solum corpore faciunt, nequaquam sunt ex viris sua relinquētibz, nec magnum praemium omnia relinquentium accipiunt. Et qui solo corpore cognatos & cognatos deserunt, similes sunt Absaloni, propter fratricidium Ammonis Ierosolymam deserenti, & in alienigenarum terram migranti. Sicut enim iste, quia sola praesentia corporali, ciuitatem, & paternam domum, & amicosque reliquit, breui tempore conatus est amatam patriam reuifere, & palatium, ac patris vxores possidere, & vt id breuius consequeretur, non erubuit segetes Iob, ad eum venire remorantis concremare: Ita qui corpore solum a parentibus, fratribzque recedunt, & ad vitam religiosam transeunt, citò eorum se negotiis inuoluunt, & ad amicum conuersationem redeunt, & bonorum desideriorum segetes distractionis igne succedunt. Parentes ergo, & fratres, atque cognati praesentia corporali, & occupatione, & affectu, & cogitatione fugiendi sunt, vt his quatuor gradibus, ad perfectam abrenunciationem veniamus, & hoc perfectionis impedimentum a carne sanguineque proueniens, prudenter declinemus. Primo parentum, & propinquorum corporalis praesentia fugienda est. Quod tunc fit, quando aut ad imitationem Abrahæ, exiit de terra sua, & de cognatione sua, ad profitendam vitam religiosam, patriam nostram, cognatos, & amicosque deserimus: aut si id non fecimus, a praepositis nostris, vt ex patria aliò mittamur, obnixè petimus: aut si id non possumus impetrare, parentum domum, fratrum, & propinquorum consortia, & amicorum, ac notorum alloquia, ac si longissime distaremus, penitus auerfamur. Sicut enim canis non audent domum ingredi, in qua vulnus accepit, nec ad illum hominem accedere, à quo grauius percussus est: ita nos, qui in paterna domo iniquitatum plagas contraximus, & nonnulli angulos, & loca, vbi miserè delinquimus, videre possumus, & inter fratres, & amicos positi millies à Diabolo percussi

**A** sumus, non simus canibus imprudentiores, sed tale domum omnimodis fugiamus, & tale confortium detrectemus. In quo Laurentius Iustinianus illustrissimum dedit nobis circumspectionis exemplum. Vitam enim religiosam aggressus, non solum adolescens, sed & gradæuus, sed & Episcopus factus, perpetuò pater na domo, & adibus fratrum abstinuit. Semel illam, vt dormitioni matris interesset, semel istas vt Marcum fratrem inuiseret extremum spiritum agerem, post susceptum habitum religionis intrauit. Quem profecto omnes religiosi imitari deberent, qui ad mirabilem eius puritatem appetit peruenire. Si enim Christum, vt dixit Bernardus, inter cognatos suos, dilectam, & desolata mater non inuenit, utique nec nos in domo parentum, & cognatorum non suorum, sed nostrorum nequaquam eum poterimus inuenire. Audi filia, & vide, inquit sanctus David sponsam Christi alloquens, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui. Si domum paternam non solum non obliuiscimur, sed etiam sine causa frequentamus quomodo Deo placebimus, & eius cor ad nostram pulchritudinem concupiscendam permouebimus? Quomodo audiemus attentè verba Dei, quae interioribus eius voluntatè nos docent: & videbimus splendorem eius, quae mentè nostram suo amore capiat, si oculos in terram, id est, in propinquos terre declinamus, & aures ad clamores ipsorum excipiendos inflectimus? Ossa arida, inquit Ezechiel, audite verbum Domini, quia qui in desertum religionis adducti ossium firmitatè induerint, & se molli parietum & cognatorum carne spoliauerint, & in se desideria carnis arefecerint, hi apti sunt, qui vocem Dei audiant, & spiritum perfectionis suscipiant.

**C** Deinde qui parentum & aliorum consanguineorum (prout potuimus) praesentiam corporalem reliquimus, æquum est, vt occupationes etiam, & negotia eorum, & curas, & sollicitudines relinquamus. Nam si nostris propriis negotiis valediximus, vt ad salutem animæ festinaremus, & perfectionis impedimenta reiceremus, quae dementia erit, occupationibus, & negotiis, quae magis ad nos attinebant, reiectis, aliena suscipere, & eorum distractionibus regni caelestis cursum retardare? Vocauit Dominus quemdam, vt sequeretur se, & illi dicit: Permite mihi primum ire, & sepelire patrem meum, respondit qui illi ad se vocabat, sine vt mortui sepeliat mortuos suos: tu autem vade, & annuncia regnum Dei. Alius vero non vocatus, disciplinae eius seipsum ingessit, dicens: Sequar te Domine, sed permittite mihi primum, renunciare his quae domi sunt. Ad quae Dominus: Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retrò, aptus est regno Dei. Reddat rationem Basilius, quare Dominus neutri eorum tam breuem erga parietem, & erga res suas occupationem permisit. Atqui ait, quae vterque rogabat, rationi maxime consentanea esse videbatur, ac iustissima: sed enim neutiquam ea Saluator probauit, neque vel ad punctum quidem temporis se iungi ab illo caelestis regni alumnos permittit, ne sublimi illa & caelesti animi elatione, humilium aliquid vel ageret, vel cogitaret, mentem in rerum terrenarum fragiliumque cogitatione depresso, & accliu: tamquam qui ad res caelestes animam adiuuerit, iis neutiquam liceat, eorum, qui in terra sunt rationem ullam habere, vt qui iam ex ea animo emigrauerint, & mentis contemplatione altiores mundo sint effecti. Quod si nec minima occupatio secularis, volentibus Christum sectari, ab ipso Domino permilla est, quia aliquantum à caelesti proposito retardabat, quantum minus illa negotia permitteret, quae nonnulli religiosi non verentur suscipere? Quorum isti fratrum, aut fororum coniugia componunt, alij argentum & aurum, quasi mercatores effecti ad fratres, aut propinquos,

In vita c. 3. & 8.

Psal. 44.

Ezech. 37.

Matth. 8.

Luce. 9.

Basil. c. 1. monast. c. 21.

2. Reg. 14.

Gen. 12.



ditandos quærent: alij à principibus, & magnatibus pro illis officia secularia postulat, alij innumeris aliis modis pro eorum utilitate se diferuciant. Nec aduertunt miseris, quod fratres, & propinqui, non amoris, sed propriæ utilitatis gratia eos adent, & vt sibi morte mancipiorum seruiant, in rebus religioso vilissimis auidè cupiunt. Nec considerant, quod si essent in sæculo, vbi non possent propinquos in rebus temporalibus promouere, ab ipsis, sicut alij despicerentur. Nec vident, quod in statu seculari constituti ab iis, pro quibus mille molestias patiuntur, nullum bonum opus acceperunt, & si adhuc in sæculo perdurarent, nullum omnino beneficium assequerentur. Nec tadem cogitant, quam lucuosè post mundum calcatur, iterum ad eum corde redeant, & tranquillitatem mentis suæ, ac profectum spiritus, ob carnis & sanguinis amorem amittant. Optimè hos perstringit Gregorius dicens: Sunt plerique, qui non solum aliena non appetunt, verum etiam cuncta, quæ possederant, in mundo derelinquunt, semetipsos despiciunt, nullam præsentis vitæ gloriæ requirunt, ab huius se mundi actibus separant, & penè quicquid prosperitatis arripserit, calcant: Sed tamen adhuc vinculo carnalis cognationis obligati, dum amoris propinquitatis indicere deseruiunt, ad ea sæpè per affectum cognitionum redeunt, quæ ià & cum proprio respectu subegerunt. Cùmque plus quam necesse est, carnis propinquos diligunt retrahi exteriori à cordis parente diuiduntur. Nam sæpè quosdam vidimus (quantum ad proprium studium spectat) ià præsentis vitæ desideria non habere, mundum, & opere, & professione reliquisse, sed tamen pro inordinatis affectibus in propinquorum prætoria irrumpere, terrenarum rerum iugiis vacare, libertatem intimæ quietis relinquere, & mundi studia in se iam dudum destructa reparare. Non dubium, quin isti ad vomitum redeant, & in sæculum, à quo exierunt, reuertantur, & tanto damnabilius, quâto minus aliena negotia, quam propria quemque trahunt, & quantò imprudentius est, bonum virtutis, quod homo propter se ipsum, & propter sua commoda noluit perdere propter alios, qui tadem ridebunt, & ingratiissimi erunt, ob eorum utilitates inanes thesaurum animæ nostræ dilapidare. His dicit Dominus: Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxores, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Odium istud cognatorum, quod Dominus à suis discipulis postulat, ex odio, quo animam suam prosequi debent, satis aperte intelligitur. Vt quæadmodum quis odio habet animam suam, non quia ei aliquod malum velit, sed quia ei illicita concupita subtrahit, quæ profectui mētis officiant: ita propinquos odio sancto prosequimur, non quia illos detestemur, aut illis malum aliquod velimus, sed quia nos ipsos eorum curis, & negotiis eximimus, & petita, quæ nostri status tranquillitati obesse possunt, constanter denegamus.

Huic voci Domini nobis obediendum est, & quandoquidè ex illis sumus, qui ad eum per abrenunciationem sæculi, & per propositum vitæ religiosæ venimus, omnis caro & sanguis nobis relinquenda est, si nobis cordi est nomē discipulorum Christi, et si ad aliquam cognitionem sciētiae, quam ipse docet, peruenire velimus. Et si æqui fuerimus rerum æstimatores, videbimus nec aliquid difficile à nobis peti, nec aliquid aut præposterum, aut absurdum postulari. Si enim cum vitam secularē agebamus, frater, aut cognatus aliquis suis nos vellet occupare negotiis, ita vt nostra impediret, aut facultatibus temporalibus notabile detrimētum afferret, proculdubio excusatione ali-

qua prudētī nos ab illo absolueremus, ne eius utilitas, nostrū esset detrimētū. At curæ temporales parentum, fratrum, & cognatorum, nostrum negotiū non iam temporale, sed spirituale, quod præcipuum est, vehementer impediunt, & profectui nostræ mētis obstant, & professionē religiosam eneruant, & statū interiorē inquietant, & spiritū deuotionis, ac bonum famæ odorē, cæterasque virtutes euertūt. Quare ergo eas non reiciemus, quare ab illis non nos eximemus, quare prudenter ab eo, quod non iā corpori sed animæ nocet, non nos excusabimus? Nisi fortè putamus detrimenta rerū temporalium esse magna, quorum causa cognati abnegādi sunt, & detrimēta animæ, & salutis æternæ esse parua, propter quæ illi negādi non sunt. Sed si hoc putamus, iam oculos mūdānorū habemus, iam vitæ spiritualis fundamenta ignoramus, iā ipsis cæcis, & stultis hominibus, qui corpus animæ præferunt, comparandi sumus. Illud itaque sciamus, nos si verè, & ex animo vitā religiosam profitemur, mortuos esse mūdo, atque aded sicut parentes, & cognati nostri, nihil ab iis, qui mortē obierunt, flagitant, ita nihil temporale, aut quod mundū sapiat, debere à nobis postulare. Quod si postulent, imitemur nos Apollo Abbatem sanctissimū, qui hac cōsideratione, à negotio, & quidè non nimis difficili, imò satis facili & honesto, se cuiusdam sui fratris exemit. Sed libet hęc historiā elegantissimis verbis Casliani referre, ne si vel apicè mutauerimus, suauitate orationis huius sancti viri perdamus. Ad hūc, inquit, quæ prædiximus senem (id est ad Abbatem Apollo) cum germanus eius intempesta nocte venisset, implorans, vt de monasterio suo paulisper egressus, ad euellendum bouem, quem cæno palustri eminūs inherere flebiliter querebatur, ei esset auxilio, quia eū solū nequam posset eruere: Abbas Apollo pertinaciter obsecranti: Cur, ait, iuniorē fratrem nostrū, quem præteriens, propiorem quam me habueras, non rogasti? Cūque ille eum mortē olim sepulti fratris oblitū & ex nimia cōtinētiae ac solitudinis iugitate velut impotem mētis existimans, respōdisset: Quomodo poteram de sepulchro eum, qui ante annos quindecim obiit, inuocare? Abbas Apollo: Ignoras ergo, ait, me quoque ante annos viginti huic mundo fuisse defunctum, nullaque iā posse de huius cellæ sepulchro, quæ ad præsentis vitæ pertinēt statū, tibi cōferre solatiam, quem in tantum Christus ab intēione mortificationis arreptæ, vel modicū ad extrahendum bouem tuū non patitur relaxari, vt ne breuissimi quidè momentū inducias pro patris indulserit sepultura, quæ multò vtique celerius, honestius, & religiosius fuerat exhibēda? O magnū, & mirabilem virum, qui ita ex corde suo amorē propinquitatis carnalē euellit, vt nec semihoræ spatium voluerit fratri concedere, & à religiosæ occupationis iugitate subtrahere. Quod exemplum, & alia similia Dominus antiquorum patrum literis consignauit, vt nobis legentibus ad emendationē nostram colaphos increpationis & confusionis impingat, qui audemus non tantum fratris bouē extrahere, sed sorores nostras in matrimonio collocare, & dotem promittere, & quærere, & pro fratribus nostris dignitates ambire, & eorum rem familiarem more œconomorum augere, & eorum similitates fouere, & vanitates approbare: qui non erubescimus diebus & noctibus cum nostris cognatis conuersari, & eorum lites, & cōtentiones, & negotiationes audire, & his omnibus tā à nostro statu alienis, à Christo sponso nostro cogitatione, & affectu diuelli.

Qui vult has seculares propinquorum occupationes fugere, tertium gradum huius abrenunciationis ascendat, & non tantum eorum præsentiam cor-

poralem,

Gr. g. 7. 7.  
mor. c. 14.

Luc. 14

Cassi. col.  
24. c. 9.

Matth. 8.

poralem, non tantum ipsorum curas, atque negotia, sed etiam carnalem amorem, affectumque relinquit. Nam admodum violentum erit amore carnali retento, aut negotiis parentum, & propinquorum modum imponere, aut se suauiter presentia eorum corporali priuare. Quam efficaciter autem hic affectus mundanus seponendus sit, magnus Basilius in hunc ferè modum exponit. A propinquis autem, amicis, parètib'ue animi affectione nos tam longè oportet esse disunctos, quam longè eos, qui iam sunt vita defuncti, à viuus videmus distare. Qui enim verè se ad ea, quæ ex virtute sunt certamina, exuerit, mundòque, ac rebus mundanis omnibus nuncium remiserit, qui que (vt plus aliquid dicam) mudo seipsum crucifixerit, is mundo, & omnibus quæ in mudo sunt, mortuus est, siue illi parentes sint, siue fratres, siue tertium quartumve, aut quemuis deinceps cognationis gradum obtineant. Basilius docet, quod Apollo fecit, & dixit, & quod Ioannes Cassianus laudauit: ex quo cognoscimus religiosos illos antiquos, qui tam ad vnguem disciplinam religiosam seruatunt, doctrinam istam non incognitam, sed communem, & omnibus illis notam, & peruiam habuisse, & solerti diligentia seruasse. Quare qui illorum vestigiis inherere contendunt, & ad sanctitatem, quam illi adepti sunt, euolare, necesse est, eandem parentum ac propinquorum contempionem, simili auiditate custodiant, sciantque mutata professione, obligationem modumque viuendi mutari: quod & in ipso sæculo videmus impleri. Nam vir nobilis filium habès, qui facinus aliquod perpetraverit, illum si commodè potest, manu iudicis eripit, & ubi à nemine inueniatur, abscondit. At si ipse postea iudex sit, & munus gubernandi reipublicam gerat, eundem filium iterum cõsimile delictum patrantem, ac si non esset suus filius, querit, & si inueniat in carcerem mittit, & debita eum sententia condemnat: si hoc apud sæcularem hominè, qui amorem non dico iam naturalem, sed nec carnalem exuit, susceptum munus publicum facit, quid æquum est, vt religiosi professio à viro perfectionis animo proficiat perficiat: Certè vt si prius parètes, & cognatos suos carnaliter amabat, iam ita non amet, & itarui, ac professioni Deo consecrata seipsum accommodet. Si verò naturalis affectus, quem moderari contendimus, & in spiritualem commutare, nos pulset, & humanus amor insurgat, inspicientem illud mysterium duarum vaccarum, quæ arcam testamenti impostam plaustris portabant: Ha namque à suis vitulis separata mugierunt quidem (quod naturale erat) sed diuinitus acta recta perrexerunt, & nec ad dexteram, nec ad sinistram declinarunt. Sic & nos qui Bethames (& interpretatur domus solis) id est, domum solis iustitiæ, ac perfectionem nostræ mentis querimus, dum solitudinem parètum nostrorum, necessitates fratrum, paupertatem propinquorum aduertimus, sentiamus id humano affectu aliquantulum (id enim humanæ naturæ permissum est) & ad Dominum omnium refugium suspiremus: ac recta tendentes, & nostræ professioni respondentes, nequaquam ad eorum sollicitudines reuertamur. Hunc autem humanum affectum spiritualis moderabitur, si nimirum, quos antea carnaliter diligebamus, iam spiritualiter amare curemus. Tunc verò illos spiritualiter diligimus, cum vera eis bona, scilicet spiritualia, volumus, & gratiam ac sanctitatem optamus, media verò, & quæ in bonum, & malum verti possunt, illis accidere, sicut & nobis ipsis contemnimus. Quocirca, inquit Basilius, danda nobis opera est, vt propinquis nostris ea optemus, quæ optima sunt, iustitiã dico, ac pietatè ad Deum, eaque,

A quæ magni nos aestimauimus, siquidem huiusmodi rerum precatio cum nobis honesta est, tum illis non mediocrè fructum per nos allatura. Si ita didicerimus cõsanguineos amare, nec casibus eorum aduersis turbabimur, nec prosperis successibus vanè letabimur, sed in medio positi, his quasi parè cõserètib'us spretis, eorum bonam vitam, & in aduersis patientiam, ac in prosperis humilitatem illis affectuose conquiremus.

Sed non omnibus datum est affectum erga propinquos ordinare, & in spiritualem cõuètere, quare satius erit, si id nobis permissum est, eos spatii terrarum fugere, aut saltem quatum potuerimus à nostra conuersatione separare, & obliuioni committere. Quibus hic postremus gradus dimissionis parentum arriserit, optime illud Deuteronomij competit: Qui dixit patri suo, & matri suæ, nescio vos. Et fratribus suis, ignoro vos, & nescierunt filios suos: Hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt: iudicia tua, ô Iacob, & legem tuam, ô Israël. Nam hi, non vtcumque, sed perfectissime illud Domini eloquium, pactumque custodiunt, quo dictum est illis, vt parentes, fratres, propinquosque dimittant, si volunt ad perfectam religiosam vitæ disciplinam venire. Imò & perfecte custodientes hoc pactum, in hoc quod carnem, & sanguinem nesciunt, misericordè ad Dei scientiam, & contemplationem se disponunt. Vt enim dixit Gregorius: Ille scire Dominum familiaris appetit, qui præ amore pietatis nescire desiderat, quos carnaliter sciuit. Graui etenim damno scientia diuina minuitur, si cum carnis notitia partitur. Extra cognatos ergo quisque, ac proximos debet fieri, si vult parenti omnium verius iungi: quatenus eosdem quos propter Deum vitæ negligit, tanto solidius diligat, quato in eis affectum solubilem copulæ carnalis ignorat. Qui parentum, propinquorumque cogitationem euallent, eosque obliuioni tradiderit, is iam perfecte abrenunciavit parentibus propter Christum, & radicem magnæ inquietudinis ablegauit. Omnis namque humana operatio, siue bona, siue mala à cogitatione incipit, quam si bona sit, Deus seminat, si verò mala, aut diabolus, aut corrupta nostra natura suscitatur. Vnde qui cogitationes suas in negotiis & curis suorum propinquorum pascat, iam ingressum immoderato affectui erga illos, & occupationi sæculari concessit. Qui verò cogitationem in Deo habens, nec recordatione propinquis iungitur, immoderatis affectibus, & alienis à suo statuto negotiis manifestè ianuam interclusit. Quanta verò mala religiosi, ex imprudètib'us erga cognatos cogitationibus proueniunt, & quantis inquietudinibus ista cogitationes ianuam aperiant, non ego, sed magnus Basilius dicat. Malo enim in te tepidis religiosi odiosa, patrū verba contexere, & non proprio stylo aduersus immoderatum affectum erga propinquos, & cõsanguineos pugnare. Dic tu sancte pater Basili, & Ecclesiæ Doctor egregie, & monachorū pater expertissime, quid de hac re sentias, & quæ mala ex memoria propinquorum in aliis expert' sis: Quare profuerit, inquit, vt nihil illorū solliciti, cogitationes ipsi in libertatè ab omni cura, & anxia sollicitudine, vindicemus. Diabolus enim, cum omnes nos de rebus vitæ huius curas exuisse animaduèrerit, & expeditissimo cursu ad cœlum cõtendere, in hoc elaborat, vt cum animum nostrum in propinquorum recordationem reduxerit, eò sensim adducat, vt rationibus illorum curandis, mentem nostram ad suscipiendas vitæ huius sollicitudines impellat, vt videlicet illa secum verferet, quæ res propinquorum sit, eiusmodi nequa se possint tutari, an

B  
C  
D  
E

Basil. 6.  
cõsuetud.  
monach. c.  
21.

si. col.  
c. 9.

lib. 8.

1. Reg. 6.

Basil. cõ.  
suet. mo.  
nach. c. 21.

Deut. 33.

Gregor. 7.  
mor. c. 14.

Basil. cõ.  
suet. mo.  
nach. c. 21.

non: ex contractibus præterea lucra, quæ veniât, & illorum fortunas quantopere exaugent: ad hæc ex variis, ac fortuitis vitæ casibus, quæ iactura contingant, eaque illorum rem quantopere minuant: facitque, vt ex rebus illorum ad vitæ commoditates prosperis, vñã cū ipsi lætemur, itẽmque ex aduersis doleamus: similitẽrque, vt cum eorum inimicis pariter inimicitias geramus ( & quod grauius est, qui iussi sumus, vt inimicum neminem habeamus ) & amicis contrã foueamus, indignis sæpe spiritali cõiunctione: præterea, vt de iniquis, ac per illorum fraudes quæsitis lucris gaudeamus, prauas denique omnes de rebus vitæ huius affectiones, quibus exuris earũ loco spiritalis cogitationes induxeramus, denud in animum nobis reducit, quo iterum ad rerum humilium, atque sæcularium cogitationum depressio, internum monachum perimit. Fit hinc, vt veluti statua sit monachus, quæ solam monachi figuram circumferat, nimirum quæ nusquam virtutibus sit animata. ] Hactenus dixit Basilus, & sapiẽtissimẽ actum dæmonis patefecit. Qui nititur memoriã propinquorum in mentes religiosorum inuẽhere, vt semina faciat inordinatorum affectuũ, & sæculariũ occupationum, quæ, suborta qualibet se implicãdi in huiusmodi rebus occasione suppullent. Quamobrem amatoribus perfectionis memoria carnis, & sanguinis abiiciẽda est, vt carnalis affectus paulatim arefcat, quo mortificatio facillimũ erit, nec nos occupationibus sæcularibus propinquorum euoluere, nec eorum domos & colloquia frequentare.

Sed tandem, ne super sit aliquis scrupulus, imperfectis adhuc viam spiritus nescientibus, & sæcularibus nihil aliud quã temporalia cogitantibus, respõdeamus, & quam nullius momẽti sint rationes, quibus religiosos ad suas curas conãtũ pertrahere breuiter explicemus. Istæ sunt tres, pietas, necessitas, vrbãnitas. Pietas quidem, quæ, vt Thomas Aquinas ait, non consilij sed præcepti, & non cuiuscumque præcepti sed ipsius decalogi est, quo tenemur patẽtes honorare & cognatis in necessitatibus subuenire. Cui præcepto contradicimus, dum religiosos à suorum parentum & propinquorũ cura diuellimus. Dicetũrque nobis illud Saluatoris, quo perstrinxit Phariseos, Quare vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram? ] Mãdatum enim Dei est, & quidẽ primum in promissione, ] cui scilicet primo promissio præmij adiuncta est, Honora patẽtũ, & matrem tuã, ] quod meritõ licet nõ æquali gradu ad omnes propinquos extenditor: parentes vero, & cognatos relinquere, & obliuisci videtur ab hominibus inuenta traditio. Necessitas verõ, quoniam si parentes, aut fratres extremẽ indigent, nõ iustitia, non religio, sed manifesta crudelitas est eos relinquere, nec eorum indigentia subuenire. Quod Paulus palam confessus est dicens: si quis autem suorũ, & maximẽ domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. ] Et sanẽ cum ipsa lex naturalis, in hominum visceribus scripta, hanc parentum & propinquorum, imõ & omnium extremẽ indigentium subuentionem iubeat, nulla potest ratione deleri, nullo prætextu perfectionis eius obligatio vitari. Nisi velimus Phariseis consentire, quos Dominus acriter reprehendit, eo quõd munẽris Domino offerendi prætextu, homines à patrum suorũ honore ac subuentione volebant eximere. Vrbãnitas demum, quoniam virtus, & perfectio vitæ Christianæ, non est agrestis, & rudis, quæ faciat religiosos à suis parentibus, & cognatis eos quærẽtibus, & visitantibus fugere, & eorum colloquium detrectare. Si autem illi beneuolentiã gratia ad nos inui-

A sendum accesserunt, debemus, ne stulti habeamur debitum istud persolvere, & eos adinuicem visitare. Quõd si absentes sint, quibz litteras ad eos mittere, & salutationes scribere prohibeat, cum Paulus & Ioãnes Christi apostoli non semel in suis epistolis non iam cognatos, sed amicos, & notos, quõd minus est, tenerrimẽ salutauerint?

Hæ sunt hominum carnaliter sapientiũ rationes, sed perfectõ nec pietas, nec necessitas, nec vrbãnitas postulat, vt nos contra ordinem status nostri, negotijs sæcularibus implicemur, & animæ salutẽ rebus temporalibus postponamus. Pietas quidem erga parentes, omnes attingit (verum est id) sed non omnes eodẽ modo, sicut enim diuersi sunt status, sæcularis, & religiosus, ita diuersa ratione à pietatis virtute ligantur. Frater meus, qui in sæculo manet, paternam domum adeat, patri ac matri seruiat, & facultatibus suis, si eas habet, sin minus industria, & obsequijs eorũ necessitati provideat. At ego qui sæculum & sæcularia deserui, altiori modo virtutem pietatis colam: Quia parentes honorabo, consiliis (si rarõ opus fuerit), iuuabo, & semper orationibus meis, eos, ac reliquos propinquos Deo communi omnium patẽti commendabo. Hoc autem adiutorium temporali præest, quia non iam à pecuniis fallacibus, nec à principibus huius sæculi, sed ab eo qui verẽ Dominus, & pater est omnium, meis parentibus remedium postulo. Necessitas parentum non vna esse potest: aut enim communiter indigent, aut extremẽ, aut grauius. Si necessitas communis est, ipsi met parentes, in sæculo & inter diuites positi possunt meliõ, & decentiõ, quã filius religiosus sibi solatium quærere, atque adeõ filius status religiosum habens est sufficĩter excusatus. Si verõ est extrema, aut grauis (quæ non passim, imõ rarissimẽ accidit) tunc si alij sunt fratres, sæcularem vitam agentes, illis primum, & non religioso promissio parentum incumbit. Si autem non sit alius, qui patri aut matri grauius aut extremẽ indigentĩ succurrat, tunc religiosus Christum in cruce pendẽtem imitetur, qui dilectissimam matrem omni humano solatio destitutam, dilecto discipulo commendauit. Ita & ipse crucis vitæ religiosæ clauis trium votorum affixus, parentes grauius indigentes prælatõ commendat, vt ipse (si fieri possit) illis de rebus monasterij provideat. Sin minus eius obrenta licentia, & de consilio seniorum, ac doctorum hominum videat, quomodo per seipsum illi necessitati subueniat. Graues istæ necessitates (vt diximus) rarõ: aut non passim occurrunt, & extra illa religiosus perfectiõs faciet, & multa obstacula perfectionis tollent, si se rebus parentum aut propinquorum non immisceat. Nec illi sententiã illa sacra scripturæ negotium facessunt, quia non cum ipso loquantur, vt aperte Basilus docet, qui citato illo loco Pauli ista subiungit. Huic paucis respondebimus, hoc ab admirabili Apostolo dictum fuisse iis, qui in communi, & vulgari genere vitæ versabantur, qui diuites erant, & propinquorum inopia poterant subuenire. Similiter quoque lex etiam hæc dicit. Atque vt dicam breuius, viuis dicta sunt illa, non mortuis: nam hi quidem ab omni prorsus huiusmodi debito liberi sunt. Tu autem mortuus es, & toti mũdo crucifixus: recietis enim vitæ huius diuitijs, summam paupertatem complexus es: cum te ipsum Deo dedicaueris, in peculiarem Deo thesaurum adscitus es. Vt mortuus liber es omni in propinquos tributi collatione, vt nudus omni rerum possessione, nihil iam habes, quõd largiaris. ] Et ista sufficiunt. Nam si vrbãnitas pietati, & necessitati se comparet, & à me respõsionem

D. Thom.  
3. 2. q. 101.  
ar. 4.

Mach. 1. 1.

Ephes. 6.

Exo. 20.

1. Tim. 5.

Mach. 1. 5.

Basil. 6.  
supra.

extorqueat, vellem illi non verbis, sed fletu respondere, quod nos miser in religioso statu, sæculi obligationes, & salutationes, admittimus, & sæculum in vitam religiosam intulimus, & nos ipsos sæcularium vanitati subiecimus. Sed iam si propinquorum colloquia admittenda sunt, sint illa rara, sint religiosa, sint non de rebus sæcularibus, sed de rebus diuinis, sint non suæ vanitati, sed nostro statui conformia. Et erubescamus, quod illi potentiores sint nobis, & nos ad suas vanitates trahant, & non ipsi ad nostram veritatem perueniant.

Non ergo o religiose, in hac re tam propria, & tã affectui naturali cognata, tibi ipsi credas, sed magis dictis sanctorum patrum, & exemplis sanctorum, & virorum spiritualium assenti. Parentum, & fratrum, & propinquorum memoriam, & immoderatũ affectum, & ordinaria colloquia fuge, sed multo magis curas, & negotia deuota, si nõ vis sub habitu regulari mentem sæcularem, & cor mundanum distractumque gestare. Ne tibi ipsi fidas, nec cuius honesto prætextui credas, quia astutus est diabolus, & quos nõ potuit, aut ambitione, aut blanditiis vincere, propinquorũ amore prostrauit. Caro valde limosa est, & si eam non times, sine dubio tuam mentem inficiet, & ab spiritu te seinget. Honora patrem tuum (vt verba te Hieronymi moneat) sed si te à vero patre non separat. Tãdiu scito sanguinis copulam, quãdiu ille suum nouerit creatorem. Alioqui Dauid protinus tibi canet. Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domũ patris tui, & concupiscet rex decorem tuum. Grande præmium parentis obliuiscit: concupiscet rex decorem tuũ. Quia audisti, quia vidisti, quia inclinasti aurem tuã, & populi tui, domusque patris tui obliuiscit, idcirco concupiscet rex decorem tuum, & dicit tibi: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Hæc proculdubio obliuio parentum, & abnegatio propinquorum, quam te Hieronymus monet, te amabiliorem filium Dei faciet, & cognatum Angelorum, quia confidentius & affectuosiùs dices: Pater noster, qui est in cœlis, dum propter patrem cœlestem, carnalem patrem in hoc, quod tuæ professioni obest, negas in terris: & Angeli te, à carne, & sanguine auulsum, sibi vita propinquiorem agnoscent. Ne obliuiscaris ingens præmium huius abnegationis, quod tibi à Domino promissum est: Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Cẽtuplum accipies, & vitam æternam habebis, quod cuiusuis laboris etiam maximi abundantissimum præmium est, & insuper parentes relictos non relinques, & propinquos dimissos non dimittes. Quia si eos ad horam deseris, & ad momentum huius vitæ derelinquis, forsitan per tuas orationes saluatus in æternum possidebis. Tunc eorum consortio sine villo periculo distractionis lætaberis, & eos videndo, & alloquendo, non à Deo separaberis, sed ad nouas Dei laudes, & ad gratiarum actionem accenderis. Omnesque sancti gratulabuntur tibi, quod odio habendo parentes, & propinquos dilexisti, & fugiendo tenuisti, & non iuando infructuosè, prudenter ad iter cœlorum attingendum adiuuasti.

*Quod religiosus nimias familiaritates vitet.*

C A P V T XXVI.

A



A D E M vobis scribere, inquit Paulus sanctissimus Euangelij præco, mihi quidem non pigrum, vobis autem necessarium. Idem nunc & nos dicimus, quoniam, quæ supra pro re nata breuiter scripsimus, nunc ex professo repetimus. Ita verò repetimus, vt circa præactam materiam non eadem, sed diuersa dicamus. Nec frustra repetimus, quia res maximè necessaria non satis exposita est, nec circa eam, quæ diligentissima indiget circumspectione, satis superius putamus fuisse prædictum. Hæc autem res est mutua amicitia, ac familiaritas, quam interdum religiosi sub specie boni suscipiunt. Quæ si ad nimietatem declinet, non minus ipsismet religiosi, ac sanctæ religionis dominibus pernicioza est, quã essent inimicitia, ac manifestè dissidia. Nisi quod ista palam, & sine villo fuce bonum religionis destruant. Quod in vnitate est positum, nimia verò familiaritates abscondit, & fraudulenter, quia sub specie vnitatis idem bonũ domorum religiosarum subuertunt. Omnes quidem tam religiosi quàm sæculares amandi sunt, proximi enim sũt, quos charitas suo gremio cõplectitur, sed nemo immoderato, ac nimio amore diligendus. Cum omnibus, aut nostræ aut alienæ professionis fratribus conuersandum est, quando id aut necessitas, aut vtilitas tulerit, sed nullus quantumuis sanctus ad nimiam familiaritatem admittendus, nisi forte consultò velimus diuinam familiaritatem amittere, & in ingetes mentis dissensiones, & in magna vitia prolabi. Nec cũ sancto, ac perfecto viro immoderata amicitia, ac nimia familiaritas habenda est (& nunc nihil de amicitia cum femina quantumuis sancta loquor, nã ipsa diuersitas sexuum, & ignis cum stuppa coniunctio, satis periculum vltionis declarat) quia ille aut talem familiaritatem respuet, aut perfectionis proposito, quod conceperat, miserabiliter decidet. Perfectus enim amor Dei omnem alienum amorem reiicit, & vera cum Deo orationis familiaritas, omnẽ ineptam cum hominibus familiaritatẽ excludit, quod si hæc quisq; complectatur, nec perfectus in eo Dei amor, nec intima orationis familiaritas est. Cum nullo, inquam, licet magnæ virtutis specimen præbeat, licet magnæ sanctitatis videatur, nimia amicitia, aut multa familiaritas habenda est, quæ bono sine incipiens, si daret semper in aliquod malũ proruit, & sapissimè non quodcũq; malum, sed magna, & intolerabilia mala progignit. Hisque, qui istas ineptas amicitias sub prætextu boni, aut alicuius profectus spiritualis ineunt, omnino congruit illud Pauli. Sic stulti estis, vt cum spiritu cœperitis, nunc carne cõsummemini. Nã quod spiritus cœpit, aut (verius loquẽs) cœpisse videtur, caro, id est, distractio, & ambitio, & loquacitas, & scandalum perficit, (quid timeo dicere) & interdum caro ipsa, nimirum carnalis amor, & impudica affectio consummat.

B

C

D

E

Istæ nimia familiaritates, & immoderata amicitia (vt nunc aliqua earũ detrimẽta recensẽ) primũ cor viri spiritualis amore creaturarũ inficiunt, & cogitationibus inutilibus, & vanis desiderijs cõtaminant. Amor enim creature alicuius, qui ordinatus non est, nec Dei causa à nobis assumptus, nõ dubiũ, quin cœnũ, ac lutum fetidũ sit, quod spiritui ad Deũ creato superinectũ, charitatẽ erga Deũ si non tollit, at fidelitatẽ cõmaculat, dura mentẽ à Deo aliquatũlũ auocat, & in vilissimã creaturã immoderatus inclinatur. Dũ verò huic spiritus plus æquo iũctus est per amorem, non potest nõ inutiles cogitationes rei amate parere, & vana desideria eorum, quæ illi vtilia putantur, progignere. Sicut enim malus, cui rãmus pyri

Philip. 3.

Galat. 5.

Hierony. epist. 10. ad Euseb.

Psal. 44.

Carol.

Matth. 6.

Matth. 19.

Gen. 3.

Dorothei.  
doct. 21.  
regul. ro-  
gar. 3.

infertus est, nō mala, sed pyr a profert: ita cor in quo plantatus est immodicus alterius hominis amor, qui audiuit: pulvis es, & in puluerem reuerteris,] non cogitationes, & desideria cœlestia, sed terrena, & lutulenta producit. Tunc autē spiritualis vir hoc amore faucius, nisi penitus suæ salutis obliuiscatur, dum suam conscientiam examinat, multa inueniet, quæ amarissimè defleat. Quid enim non ploret cor suū, ad Deum diligendum creatum, amore stercoreis, & luti possessum? Quid non gemat mentem, ad diuina meditanda concessam, vanissimis alicuius hominis cogitationibus implicatam? Quid nō defleat voluntatem, antea pro amore Dei à rebus creatis auulsam, iterū desideris ineptis cōmoditatam amici submissam. Optimè profectō dixit Dorotheus. Bonum est non admodum affici erga coetaneos, huiuscemodi enim cōsuetudo, & nimia familiaritas fletum affert, Quare is nō est multum diligendus, qui obest magis, quàm proficit. Iam vidimus, sancte vir, quare hæc nimia familiaritas fletum afferat, sed quare obest magis, quàm proficit. Certè idē, vt ego existimo, quia ista nō ad ordinem redacta familiaritas, prodest carnali affectui, & veteri homini, qui huiusmodi amicitii delectatur, & vanis colloquiis paciscitur: obest autē interiori homini, quem reformare nitimur, & eum in itinere pefectionis retardat, & à proposito semper proficiendi, & in spiritu crescendi diuellit. Obest quidem, quoniam animā à debita, quam Deo habere debet, fidelitate retrahit. Nam sicut sponsa infidelis est sponso, & in adulterium sensim vadit, quæ oculos in alium, quàm in sponsum iniicit, & ei in corde suo locum tribuit, & simul cum sponso in cōsortium amoris admittit: ita anima sponsa Christi à quo per statum religiosum in castissimum est cōnubiū admilla, dum alio, quàm Christo immoderatè afficitur, & in amico amorem suum collocat, ab infidelitatis nota, & ab adulterij periculo liberari nō potest. Quomodo enim infidelis nō est, quæ vanum hominis amorem accendens, erga Christum charitatem tepescit: quæ in lecto sponsi, nimirū in corde alium per immoderatum amorem admittit: quæ temporis spatia colloquiis sponsi tribuenda, inutilibus cōuersationibus hominis occupat? Et quomodo adulterij periculo eximitur, quæ ita immoderatè hominem amat, vt propter illum peccata leuia patrare nō vereatur? Nam ex minimis venit ad magna, & quæ sponsa hodie leuiter sponsum lædit, cras maiori tēratione impugnata, non iam leuiter, sed grauius offendet. Quis iam non videat istas amicitias, viris spiritualibus esse abscindēdas? Si enim membra putrescentia, & aliis tabem, & perniciem afferētia rescindimus, cur nos amicos, quæ non membris corruptibilis corporis, sed animæ, & pefectioni officiant, æquo animo patiamur?

Sed esto, aliquis hæc mala, aut aliquod illorum ex nimia cum aliquo familiaritate non sentiat, quod certè rarum erit, & fortè non ex eo quod malum nō adfit, sed ex eo, quod homo non cognoscit seipsum, nec cordis abdita est rimatus, proueniet: at non modicum detrimentū cōgregationi afferet, cuius membrum Deo donatē, factus est? Nam religiosus immoderato amoris affectu erga aliquē captus, aut nimia, & indiscretæ familiaritati alicuius addictus, eū multoties supra meritum laudat, & quantum potest verbis ac factis supra alios extollit: alios etiā aliquantulum, auersatur, qui possunt cum illo suo familiari de primatu contendere, aut illum cōcupita dignitate priuare. Ex hoc autem, quid in cōgregatione religiosorum, nisi discordiæ, & rixæ, & dissensionē sperari possunt? dum quisque intendit suum familiarem

A in potiori loco collocare, & supra alios efferre? Quid nisi iustitiæ, & æquitatis violatio, dum dignus non amatus reicitur, & indignus amatus extollitur? Quid nisi ipsius familiæ religiosæ perniciēs, dū volumus ab indignis, & immeritis, quia eos diligimus gubernari? Profectō hæc non inuenta sunt & cogitata, sed sæpè visa, atque pefecta: & vidimus aliquando, & non sine mœrore animaduertimus, si non impium, at indignum, & ineptum, exaltatū super cedros Libani & vitem, ac oleam, & ficum despectas, rhamū verò imperitare. Id autē ne saltem extra chorū, exitium pefectionis est: tuæ quidem pefectionis o religiose, qui immoderatas amicitias foues, quoniam inuidias etiā, & similitates, & singularitates foues, quas mentis puritas, & animi tranquillitas non admittit: Et pefectionis aliorum, quia dum eis carnalem hominē, & in rebus spiritualibus minimè exercitatum præficias, spirituales ædificationem, quā bonus Prælati caput, & alius prudēs domui præfectus continuaret, manifestè subuertis. Et quemadmodū si imperitissimum medicum ad curandum ægrotum accereres, eū periculo nāquam recuperandæ salutis exponeres: ita dum istum tuum familiarem in munere Prælationis constituis, animas subditorū, quæ eius exēplo, & doctrina proficere debuissent, discrimini obiciis amittēdæ spiritualis salutis. Si hæc attentè & candida mente consideres, intelliges Basilium non animo exaggeradi sed aperiendi simpliciter veritatem has imprudentes familiaritates, odiis, & cōtentionibus comparasse. Quoniam inquit, æquali prorsus inter se vicissim charitate complecti omnes debent, iustitia violatur, quotiescumque in cōmuni cōuentu, priuatae aliq̄ue cōtiones reperiuntur, aut sodalitates. Qui enim vnum aliquem magis, quàm cæteros diligit, is quod nō pefectè cæteros diligit, de seipso indicio est. Quocirca similiter ex cōuentu reicienda sunt, & turpis, & indecora cōtentio, atq; amor iste singularis. Siquidem ex contentione inimicitia, ex amore autem singulari, sodalitateq; suspiciones, inuidiæq; oriuntur. Vbiq̄ enim æqualitatis defraudatio, inuidiæ, odiique materia, ac seminarium existit iis, qui ea defraudantur. Quare factū est, vt præceptum etiā à Domino nobis sit, vt bonitatem imitemur illius, qui solem suum oriri facit super iniustos, nihilominus atque super iustos. ] Quæ admodū igitur Deus promiscuè omnibus lucē impartitur, sic imitatores Dei, charitatis ipsorū radium æqualiter communicare omnibus debent: quandoquidem vbi deliquium patitur charitas, eo prorsus eius loco odium succedit. Quod si, vt Ioannes ait: Deus charitas est, sine dubio necesse est, diabolium odium esse. ] Deus itaque nobis in amore, sicut & in cæteris imitandus est, qui non affectione capitur, sed veritate rerū allicitur, & cū meliora magis amat, & minora minus diligit, ab omnibus tamen tā maioribus quā minoribus liber existit. Sic & nos eius imitatores facti, non immoderatis affectibus ad diligēdos amicos rapiamur, sed veritate meritōrum ad magis aut minus amandum incitemur. Siue autem quis maiori, aut minori amore dignus sit, numquam eius affectio cor nostrum in seruitutem redigat, sed liberè diligentes, & non propter nostra commoda, aut ob naturalem propensionem, sed propter Deum amore quempiam complectentes, spiritualis viri mens libera, & immodico affectu soluta consistat. Præcepit Dominus Israëlitis, ne cum alienigenis amicitias, inirent. Caue, inquit, numquam cum habitatoribus terræ illius iungas amicitias, quæ sint tibi in ruinam: quia nimium facile erat postquam amici placēt, res eorum placere, & ad idōla, quæ illi adorabāt, decli-

Basil. ser. de instit. monacho. ante regul. dispensat.

Math. 5.

1. Iom. 4.

Exod. 24.

nare.

nare. Idem & nobis cautum est, ne immodica amicitia erga aliquem afficiamur: quia profecto quod ille voluerit, licet indecens, licet prohibitum eius gratia cupiemus, & ut ipse contra ius & fas assequatur, conabimur.

Alio etiam modo indiscreta familiaritates toti congregationi nocent, quia in cordibus aliorum scadala generant, & querimonias, ac detractiones excusant. Quis namque videns duorum religiosorum frequentes sine vlla necessitate colloquutiones, susurrationses chachinnationes, non aliquid mali de illis suspicetur, non charitatis sinceritatem abesse imaginetur, non ad credendum aliquid esse inter illos minus graue, minus decens, & forte minus honestum compellatur? Quis hanc singularitatem amicitiae consideras, os suum obturet, & non cum altero loquens vitium arguat, indiscretionem notet, & de tam aperta proacacitate non murmuret. Et tua indiscreta leuitas frater socios contristat, seniores mœrore afficit, & totam hominum Deo seruientium congregationem conturbat. Atque dum tuam mentem per imprudentem amicitiam à Dei familiaritate separas, fratres tuos lædis, & à temetipso eorum voluntates alienas.

Matt. 18.

Quare timenda tibi est illa Saluatoris sententia, qua scadala inferentes exteret. Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Melius sanè tibi esset, tempestate iactato in profundum maris mergi, quam scadalo pusillorum scadato à Dei amicitia deturbari. Ostendo ergo tibi, o amicorum, & familiarium amice, vnum amicum, cum quo sine vilo, aut tuo periculo, aut aliorum scadalo, intimam quam poteris familiaritatem in eas, & indissolubilem amicitiam admittas. Hic autem est Christus Iesus Deus tuus, & Saluator tuus, amicus fidelis, & verus, qui numquam te deseret: amicus utilis, qui omnibus te bonis ditabit: amicus melle dulcior, & fauo suauior, cuius te verba in amore succendent, & ad omne bonum allicient. Huius tui creatoris amicitiam sectare, & non diebus ac noctibus ab eius conspectu, & ab ipsius colloquiis separari sustineas. Nec enim huius amici amore scadaberis, sed magis mundaberis, non inquietudine, sed tranquillitate afficeris, non congregationi detrimentum, aut fratribus scadalum, sed illi magnum profectum spiritualem, & his optimum exemplum imperties, si autem præter huc alios amicos es habiturus, illi non sint dyscoli, non tepidi, non libertate & scurtillitate notati, qui te ipsum suis vitiis, & peccatis inuoluant. Nam vt dixit Gregorius, malorum, cum incaute amicitias iungimur, culpis ligamur. Vnde Iosaphat qui tot de ante acta vita præconiis attollitur, de Achab regis amicitias periturus increpatur. Cui à Domino per prophetam dicitur; Impio præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum, amicitia iungeris, & idcirco iram quidem Domini mereberis. Ab illo enim, qui summe rectus est, eo ipso iam discrepat, quò peruersorum amicitias vita nostra concordat. Si aliquem similem amicum habeas, qui te ad inobedientiam suis verbis, aut suo exemplo, ad libertatem, & ad alias imperfectiones instiget, prudenter eum à te segrega, & noxiam amicitiam absconde. Hic est enim ille oculus, & manus, & pes, de quibus Dominus ait: si oculus tuus, aut manus tua, aut pes tuus scandalizat te, absconde eum, & proice abs te. Neque enim de oculo, aut manu, aut pede corporis loquitur, sed vt ostendat, ait Chrysostomus præstare, si quem amicum habeas, aut charum perinde ac tuum oculum, eum quoque reicere, & à tua præcidere familiaritate, si

Gre. im-  
pastora. 3.  
p. admo-  
nit. 23.  
2. Paralip.  
19.

Matt. 18.

Chryf. h. 1.  
de in-  
cõprehensibili. Dei  
naturæ.

A modò te scandalizet, hoc est, animæ nocet. Quid enim iuuat habere oculum, cum reliquum corpus lædatur & pereat. Ergo si, vt proposui, detrimentosa sint amicitiae, resiliamus, & fugiamus, at si nullam noxam, nullam iniuriam, nobis ad religionem, pietatisque rationem inferant, inuitemus, ducamus amicos ad meliora. Verum si neque prodesse amico possis, & detrimentum ex eo haurias, consulere tibi debes, vt tutus securè que maneas. Fugiendæ sunt enim amicitiae si offendant. Itaque erue oculum, amputa manum, absconde pedem, id est, separa à te amicos, qui te libertatem docens, inobedientiam, aut leuitatem monstrant, & ad aliquam imperfectionem inducunt. Hoc namque saluberrimum est, cum habeas in religiosa familia pulchros oculos, tornatiles manus, & pedes speciosos, nimirum viros sanctos, atque perfectos, quos tibi possis adiungere, & eorum præstidiis adiuuari.

Habe igitur amicum præcipuum Christum, & habe amicos homines, (etenim & hoc permitto,) sed illos, qui sint Christi amici, sponsi, sodales, qui te verbo virtutem doceant, exemplo ad perfectionem moueant, & ad omnem sanctitatem impellant. Istos verò etiam bonos, etiam sanctos, etiam perfectos nequaquam intra cor tuum admittas, quod vacuum omni re creata, & mundum ab omni immoderato affectu, soli Christo seruandum est. Ipse solus cor tuum inhabitet, intima viscerum tuorum impleat, in abditissimo tui spiritus commoretur, aliis verò amicis iuxta cor scilicet, propè habitaculum sponsi locum aptum, congruumque concede. At dicis, quid est non in corde, sed iuxta cor amicos & familiares habere? Id quidem, vt nulla ratione eorum amor te occupet, nec à dilectissimo sponso separet, nec alicuius affectus immoderati nexu deuinciat. Id quidem, vt illos moderatè ames, Dei solius causa diligas, ab eorum præsentia non pendeas, & conuersationem eorum non ad aliud, nisi vt te res spirituales doceant, & tuam mentem in Deum efferant, quæras. Id tandem vt nulla singularitate, eorum causa noteris, nec eos aut verbis, aut factis, aut alio quouis modo melioribus anteponas. At his dicis. Nam quid in omnibus imitandus non est, Dominus noster Iesus Christus, & vita nostra, ac conuersatione sequendus? Sed ipse inter discipulos suos Ioannem ob virginitatis priuilegium amantissimum habuit, & præ omnibus eum tenerius dilexit: Hoc quidem verum est, & ob id vocatus est Ioannes discipulus, quem diligebat Iesus. Et bene, ac laudabiliter hoc factum Domini poteris imitari. At tecum ipse cogita, in quo ista imitatio sita est, & videbis eam nullo modo dictis nostris de nimia familiaritate cum hominibus cauenda aduersari. Nam vt Christum in hoc imiteris, poteris sanè meliores magis amare, perfectiores imperfectioribus præferre, & maioribus donis præditos, communioribus hominibus antepone. Hoc enim ordo charitatis poscit, æquitas perit, iustitia exigit. Quam si omnes ad amulum custodiret, & meliores, ac digniores vehementius suspicerent, amplius honorarent, & locum ambitioni, & præfationibus non preberet, melius regeretur Ecclesia Dei, & qualibet religiosa familia pulchriore colore fulgeret. At numquam Saluator noster docuit vanas amicitias colere, cum adolescentulo, aut nobili, aut otioso, & vaniloquo intempestiuè conuersari: istum diligere, istum efferre, istum melioribus præponere, & eum solum reliquis contemptis sanctum, sapientem, & ad omnia, quæ honoris nomine occurrunt, aptum prædicare, & idoneum habere. Erubescet, o vir Dei ista stultitiam tuam, cuius causa isti te vident, & illi te

C

D

E

Io. 21.

spernunt, & omnium fratrum tuorum indignationem incurris. Affectum istum inordinatum relinque, qui te vincit, ac ligatum tenet, ne in spiritu proficias, & in Deum amore condescas. Amorem deponere creaturam, qui te inficit, fratres turbat, congregationi obest, & Deum, cui soli cor tuum mundum, & imperturbatum custodire debes, plus quam tu cogitas, offendit. Sepi non dico iam aures tuas, sed cor tuum spinis, ut creaturam amor non valeat ad te intrare, imò nec audeat accedere; quia iste amor inordinatus, sensum, & cogitationem, & affectum sibi vendicat, & curam placendi Deo in sollicitudinem placendi amico commutat. Omnes affectu charitatis dilige, uniuersis te mitem, & benignum exhibe, & nemo sit, quem tuus amor à munere benignitatis excludat. Ambulate in dilectione, ait Paulus, sicut & Christus dilexit nos. Christum itaque in dilectione imitare: & sicut ipse omnes dilexit, & omnes spiritualiter dilexit, & sine vlla leuitatis nota dilexit, sic talis sit dilectio tua, quam singularitas non dānet, sed spiritus approbet, & grauitas sancta commendat. Si verò omnino iudicas aliquem tibi familiarem esse eligendum, audi ex Bonauentura, quem prudenter debeas eligere. Si familiarem, inquit, admittis, sit, quem aetas, mores, discretio, & honestas insignit, & commendat. Familiaritas si fuerit ordinata, non erit blanda, improba, puerilis. Est modesta quaedam, in sancta familiaritate seueritas, est & iustitiae rectitudo, ut nullatenus vitii foueatur, nec pro amico proximus offendatur, noli, ait sapiens, pro amico inimicus, fieri proximo. Quae familiaritas ab hoc Patre descripta, si hos limites non transilierit, nec in nimias collocaiones deflexeris, nec quo ad res externas familiarem immeritum alteri digniori praetuleris, nec Deo erit ingrata, nec fratribus iniusta, nec viro spirituali eam moderatè admittenti perniciosa.

Ephes. 5.

Bonauent. in speculo. disciplin. p. principi. p. 6.

Eccles. 6.

Quòd religiosus superfluos discursus, & visitationes fugiat.

CAPVT XXVII.



MNIA vitæ spiritualis documenta talis conditionis sunt, ut bene cognita ingentem vtilitatem afferant, malè verò intellecta spiritualem edificationem euerant. Quod vel in vno Saluatoris verbo, quod supra tetigimus, facile quisque percipiet. Dixit enim ille. Si manus tua, vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & proiice abs te. Si hoc bene intelligas, magnam exco vtilitatem percipies, quoniam propinquos, aut amicos te ad peccatum instigantes desereres, & à tuo confortio reiicies: si autem malè interpreteris, & velis aut eruere tibi corporis oculos, aut praecidere manus aut pedes, quonia illis aliquid minus decens perpetratis, in magnum atque indiscretam errorem incidēs. Consultò sanè ab hac animaduersione locum istum incipio, ut illud cõsiliu sapientis obseruem: Ante languorem adhibe medicinam. Quoniam ego non solitariis religiosis, sed mixtis, & in vtilitatem animarum incumbentibus scribo, à quibus cupio istud praesens documentu de vitandis superuacuis visitationibus, ac discursibus probè intelligi, & ea prudētia, qua decet, obseruari. Quod quidem meo iudicio illis est magis, quam solitariis necessarium: nam istos ipsorum sanctissima institutio, & claustru obligatio ab omni discursu, & instabilitate arceat: istos verò non tam vitæ genus, quod sepe

Mat. 18.

Eccles. 18.

ad exitus è cella, & domo, & ad visitationes astrigit, quam desiderium proficiendi se iungit. Ante languorem itaque praeparo medicinam, & illos, ne me putet ipsi velle persuadere vitam solitariam, quam non profitentur, sed vitam perfectam, & spirituales exoro. Cum enim hi vix Apostolicæ sunt sectatores, quis nisi emota metis velit illos cellis occludere, & à necessariis discursibus prohibere? De illo quidem, quem dedit nobis Pater in omni perfectionis magistrum, hæc legimus: Et circuibat Iesus omnes ciuitates, & castella, docens in synagogis eorum, & prædicans euangelium regni, & curans omnem languorem, & omnem infirmitatem. Ipse etiã domos publicanorum & Phariseorum adibat, & sine vlla trepidatione, cum opus erat, aliorum hominum habitacula frequentabat, ut fe Apostolicis viris exemplum sanctæ cõfidentiae, & discretæ libertatis offerret. Apostolis quoque iam sancto Spiritu confirmatis non dixit, delitescite in antris, & speluncis fugite confortia hominum, & abscondite vos in cauernis terræ. Sed quid dixit: Euntes in mundum uniuersum, prædicate euangelium omni creaturæ. Ac Paulus: Ministri Christi sunt, (ut minus sapiens dico) plus ego. Et statim sic suum ministerium commendat: in itineribus sepe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus; quo itinera Dei, & animarum gratia suscepta, non vituperat, sed maximè laudat. Quare magnus Basilius, ut necessarios discursus & visitationes viles non esse à vita religiosa alienas doceat, postquã ad quietem hortatus est, hæc statim subinfert: Neque verò tamen propterea perpetuò est, tamquã in custodia permanendum: sed quancumque & res possit, & conscientia non reprehendit liberè est, fidenterque proendum, & de fratribus probatissimi quique & propter insignem vitæ sanctitatem maximè viles iniuendi, & ex fructuoso illorum congressu, virtutum exempla capienda: ita tamen (ut quemadmodum diximus) in prodeundo modus teneatur, & praua omnis suspicio euitetur. Si quidem est sepe numerò, cum exortum in animo tadium suscepta peregrinatio discutit, & spatio ad colligendas denud vires, ac se se erigendum refocillandumve dato, alacriorem ad capessenda de integro pietatis certamina facit. Quod si quis apud seipsum gloriatur, quod pedè omnino è sella non efferat, enimvero intelligere is debet, inani se admodum re instari. Neque enim non prodire ipsum, sua sponte laudandum est, aut aliquando prodire homines solet, aut bonos facere, aut malos, sed vel quod ad res honestas firmum, ac stabile animi iudicium est, vel contra leuitas, & inconstantia, hominem bonum reddit, vel malum. Si verò quis propostã sibi semel in animo honestatem firmè cõstabiliuerit, & diuturna exercitatione temperatarum animi sui motionum probè iam rationem didicerit, isque edomitis corporis sui libidinibus, & animi ratione alienis motibus refranatis, quod præterea rationis fræno confidat, ob eam causam è monasterio prodire, frequentius velit, ut fratres edificet, visitetque, qui huiusmodi est, eum ratio ad prodeundum potius impellet, quam reuocabit, quo videlicet posita super candelabro lucerna, cunctis præclaræ doctrinæ suæ largè lumè impertiat, modò verè confidat, in quoscunque incidit, illis se & doctrina, & exemplo virtutum veluti sculam futurum & si seipsu diligētèr antè munierit, ut quod est apud Apostolum, ne fortè cum aliis prædicauero, ipse reprobis efficiar. Hæc tenus Basilius. Ex cuius verbis satis colligitur religiosi viles discursus, ac visitationes non esse interdictas, sed eas dumtaxat, quas aut

Mat. 9.

Mar. vii.

1. Cor. 11.

Basil. l. in const. monast. c. 8.

1. Cor. 3.

animi

animi leuitas, aut curiositas, aut tædium cellæ, aut aliis confimiles affectus distauerint.

Quo fundamento præiactò, quòd hoc loco necessarias è cella aut cenobio egressiones nõ carpinus, illud religiosus apud se statuat, omnes inutiles, & animæ suæ, aut aliorum minime proficuos discursus esse omnino vitandos, si vult in virtute proficere. peccata multa cauere, & religiosam disciplinam custodire. Hi namque discursus, quibus aliquis secretum suum deserit, & hoc illuc; sine legitima causa discurret, & secularium aut aliorum quorumcumque domos adit, non sunt aliud, quam innumerabilium peccatorum seminaria, disciplinae religiosæ dispensia, & amittendæ omnis virtutis pericula manifesta. O vitinam non quotidie istud experiremur! O vitinam non videremus istos, qui mundum peragunt, & in nullo loco consistunt, qui per vicos & plateas ciuitatis non ad querendum sponsum, sed ad pascendos oculos, & ad soluendam linguam, & ad tractanda secularia negotia discurrunt; qui domos nobilium, & magnatum, & interdum muliercularum frequentant: O vitinam, inquam, non videremus illos innumeris peccatis sordidos, bonis operibus vacuos, & omni sensu vitæ spiritualis expertes. Sed etiam vnde hæc instabilitas oriatur, & quæ mala pariat, & quod sit eius remedium aperiamus. Pestis ista, quæ religiosus ab omni spirituali exercitacione distrahit, & in seculares, & aulicos, aut negotiatores conuertit, ex accedia generatur, & ex tædio mentis, patre omnium vitiõrum, exoritur. Quod Calsianus in huc modum professus est: Accedia genera sunt duo, vnũ, quod ad somnum præcipitat astuantes: aliud, quod cellam deserere, ac fugere exhortatur. Et idem alio loco vberius, de accedia loquens, hæc ait: deinde honestas idem morbus, ac necessarias suggerit salutaciones fratribus exhibendas, visitationesq; infirmorum, vel eminus, vel conuinius positurum. Quædam etiã pia, ac religiosa dicit officia, illos vel illas debere parentes inquiri, & ad salutandos eos crebrius propterari, illam religiosam deuotamque Deo feminam omni præsertim parentum præsidio destitutã, magnum opus esse pietas frequentius inuifere; ac si quid ei sit necessarium, quæ a propriis parentibus negligitur, atque despiciatur, sanctissimum procurari, magisque oportere in his operam pietatis impedi, quam instructuose, ac sine vilo profectu in cellula residere. Et verè ita est, aliquos enim vidimus spiritus feruore succensos, cellam amare, publicum fugere, lectioni, & orationi instare, & sola vtilia ministeria proximorum admittere, qui ex feruore in teporem prolapsi, hæc vtilia horrent, quibus antea libentissimè incumbant, & ad deambulationes, ad itinera, ad salutaciones secularium, ad colloquationes magnatum, & ad negotia mudi incessanter aspirant. Sed ego nolo illos iudicare, ipsimet suorum cordium sint iudices, & videant, an præsens inquietudo cum præterita tranquillitate, an ista mentis ariditas, eũ illa antiqua consolatione spiritus, an ista vitæ imperfectionum, ac culparum vermibus scatens, possit cum illa vitâ purissima, quam deseruerunt, vlla ratione conferri. Quòd si non possit, dicant illud Osee: Vadam & reuertar ad virum meum priorem, quia bene erat mihi tunc magis quam nunc. Sequatur illius Samaritanae mulieris exẽplum quæ libidinem quinq; virorum deseruit, vt Christo inseparabiliter adhereret. Amorem quinq; sensuum deserant, & ab eorum distractione discedant, & ad pristina virtutis studia reuertantur, & tunc elapsa tranquillitas, ac interna consolatio ipsius aridebit.

Accedia itaque, ac tepiditas mentis, mater est di-

A stractionis, & genitrix visitationum, & deambulationum inutilium, ista verò trium sunt maximorum malorum exordia. Vnum est, quòd ista distractio animæ & colloquationum, ac visitationum, ac negotiorum secularium admissio, animã sensum extollit, & à prima illa luce diuinitus data, & à feruore concepto, & ab adepta stabilitate dimouet: quibus abiectis, facillimè est ex feruore non iam solum in leues culpas, sed in manifesta & graua peccata prolabi. Accidit huic animæ illud Davidis: Et crediderunt verbis eius, & laudauerunt laudem eius: citò fecerunt, obliuisci sunt operum eius, & non sustinuerunt consilium eius. Quid enim est credidisse istos verbis Domini, nisi eius vocationem excepisse? & quid laudem eius laudasse, nisi ad mutationem in se ipsis à Deo facta stupuisse, & tam benignam donorum largitionem fuisse admiratos? At citò fecerunt, imò & citò defecerunt, quia post breue tempus, virtutis studia reliquerunt, & in sæculi negotia declinarunt. Paulatim illam mutationem admirabilem, in se patratam obliuisci sunt, & consilium Domini, ne corde redirent in Ægyptum aspernati sunt: Quod verba sequentia demonstrant: Et concupierunt concupiscentiam in deserto, & tentauerunt Deũ in inaquoso. Infelices illi qui non rem aliquam, quæ cordi suo satisfaceret, sed concupiscentiam affligentem concupierunt, (quia status eorum, nec voluptates, nec honores, nec sæculi diuitias fert,) & velut homines famelici odorem ciborum, percipientes, nec aliquid eorum degustantes, fame & siti laborarunt. Verè concupierunt in deserto, & tentauerunt Deum in inaquoso, quia in statum mundo inimicum volunt ipsam mundum inuicere, & quæ vitam religiosam nõ decent, stultis distractionibus imperarunt. Insensibiliter silẽtium odio habere incipiunt, asperitatem vitæ cõtèmnere, eosque orationis & lectio- nis tædere; deinde luxu secularium, vt eorum occupationibus, incipiunt assuescere, principia verò ista tam luctuosa nõ aliud quam aut apertam aut occultam vitæ religiosæ derelictionem promittunt. Apertam voco dum quis à Diabolo deceptus mutatione status, & vitæ laxioris resumptionem meditatur, occultam verò, cum retecto externo habitu, maioribus secularium imbuitur. Coruus egressus ab arca humani generis seruatrice, non est reuersus ad eam, & isti semel à vitæ religiosæ tranquillitate ad seculares colloquationes, & visitationes egressi, in bonum quod perdididerunt, redire non curant. Sunt illæ stellæ Apocalypseo, quæ de cælo ceciderunt super terrã. quæ nimirum spreto studio cælesti, ad quod vocati sunt, rebus terrenis inhiant, & nihil aliud in suis cogitationibus, & desiderijs, & verbis, nisi terrenum inspicitur. Columbæ erant, quorum cibus selectus, & mundus, sed iam vultures facti sunt, qui cadaueribus id est, rerum secularium vanitate pascuntur. Et vt omnia in se mala congerant, etiam domesticarum auium in eo quod periculosum est, conditionem imitantur. Nam sicut aues cicures, quia in vrbibus, & apud homines commorantur facile capiuntur: ita istos religiosos aulicos, & negotiatores luxuria afficit, & vitinam solum afficiat, ambitio percutit, inuidia cotrodit, & omne vitiorum genus illidit. Egregiè namque dixit Hugo, qui discurrunt per alienas domos, de assiduitate secularium gaudent hominum, qui foris spectacula sequuntur, qui non ad necessitatem communem, sed ad propriam voluntatẽ sunt parati, qui causas itineris sui non habent, sed fingunt: tales dico, sicut sunt faciles ad discurrendum, ita forsitan prouisi sunt ad ea, quæ loci opportunitas subministrat. Sæculum autem, ad quæ subministrat ma-

teriam,

Calsian. col. 5. c. 11.

Idem lib. 20. de spiritu accid. c. 2.

Osee 2.

Ioan. 4.

B

C

D

E

Psa. 105.

Psa. 105.

Genes. 5.

Apocal. 6.

Hug. 1. de clastro anima. c. 4.

erit, nisi innumerabilia ad peccata, in qua isti miseris, ac tepidi impingunt, & in mortem animæ prolabantur? Sicut enim lux in laterna ab impetu ventorum seruat, extra illam verò, non iam magno vento, sed flatu leuissimo extinguitur, ita religiosus inemptus discursus, & non necessaria congressio secularium occidit, cella verò, & silentium, & ianua cœnobij custodit. Abel non in paterna domo, sed in agro occisus est. Cui dixit Cain, egrediamur foras. Cùmque essent in agro, consurrexit Cain aduersus fratrem suum Abel, & interfecit eum. Ita homo per vitam religiosam Deo consecratus, nõ in domo patris, & dum est sub cura prælati, sed in agro, in præsumpto causæ fictæ necessitate itinere, in hospitio, in conuiuio, & in domo secularis occiditur. Est ex illorum numero, de quibus ait Iudas Apostolus: fidei errantia, quibus procella tenebrarum seruata est in æternũ. Crede mihi, o religiose, quia experis loquor, & hoc non semel, sed sæpius vidi, quia ex sidere errante fit sidus cadens: & si erras in sæculo, & per domos secularium, & aulicorum, & mulierularum, sine causa discursis, absq; dubio, in eo quod lacrymas eliciat, incidet. Ama ergo cœnobium, & cellam tuam, quia, vt concludit Hugo, secuta est claustrum assiduitas, quam cura rei familiaris non turbat, quam non sollicitant accessus hominum. Ibi inter fratres alicuius ad alterum, diligens habetur custodia: ibi prælatorum subiectis discreta prouidet solertia: ibi silentium aufert locum cõfabulationibus, lectio assidua extinguit iram. Scriptum est enim, Ira probata crescit, dilata minuitur. Ibi disciplina ceteros motus cordis seruire cogit munditiæ, & omnis opportunitas, quæ est ad malum, per claustrum assiduitatem excluditur. Hæc Hugo.

Alterum malum huius distractionis est, quod nõ solum religioso discurrenti, & domos secularium frequentanti nocet, sed ipsam etiam religiosam disciplinam subuertit. Nã vita religiosa quid est? Nonne amatrix ordinis? nam & ordo solet vocari. Quid autem infestius ordini, quàm nusquam consistere, & huc illucq; sine causa vagari? Quid est? Nonne portus, in quẽ prudenter nos recipimus, ne huius sæculi, quod seuum est mare, tempestate iactemur? Quid verò portui magis aduersum, quàm periculis, & procellis, & profundi maris tempestatibus subiacere? Quid est? Nonne æternitatis imago, in qua si nõ reperitur immutabilitas, quam mortalis vita non sustinet, at inuenitur earundẽ singulis horis mutationem identitas? Quia cunctis diebus eandem horam oratio sibi vendicat, lectio præoccupat, & pensum alicuius alterius occupationis assumit? Sed quid æternitati magis oppositum ea vita, quæ secularium colloquutionibus & negotiis addicta, numquam potest in operibus religiosis rationem seruare, nec eodem tenore procedere? Primum argumentum mentis compositæ existimo, ait Seneca, posse consistere, & secum morari. Ergo primum indicium mentis incompositæ erit, numquam consistere, neque in aliquo loco quiescere. Isti autem, qui semper itinerum causas præterdunt, qui relicto proprio nidulo cellæ suæ, cœtinuò per alienas domos discurrunt, numquam consistunt, numquam nec cùm soli sunt secum, sed cum vanis hominibus, quos inuiserunt, & quorum negotia tractauerunt, cogitatione cõmorantur, non igitur mentem compositam sunt adepti. Vbi autem est mens incomposita, ibi mens sit irreligiosa, necesse est, quæ virtutem nesciat, disciplinam ignoret, & in aliis suo exemplo notionem ordinis & quietis extinguat. Sed apud istos homines adeò distractos, & rerum secularium amore compeditos, nullius

A pòderis est ista disciplinæ religiosæ subuersio, quam neque in aliis alicuius esse momenti æstimet, & cui, sibi metipsis satisfacere, & sua desideria explere, præponunt. Taceremus quidem istud exitium disciplinæ, si ipsi eam destruentes suo voto potirentur, at compertum est, quia quod cupiunt, non assequuntur. Nec enim eorũ mens, dũ de loco in locum trãsmigrat, & ex domo vnus amici in domum alterius volitat, alicuius quietis, aut veræ lætitiæ fit particeps, sed magis inanibus desiderijs discerpitur, tristitijs obscuratur, & caligine spiritalium tenebrarum offenditur. Nam quietem animæ religiosæ non sensum, & linguæ immortificatio efficit, sed obliuio rerum secularium, & memoria Dei, & rerum cœlestium inducit. Quare stultum est tranquillitatem in ipsa tempestate quærere, & animi lætitiã, quæ maximè ab stabilitate pendet, ex mutabilitate & incõstantia velle percipere. Vnde Laurentius Iustinianus egregie ait, (& quidem ex Bernardo mutauit) impossibile est in vno hominem figere animum suum, qui non alicui loco prius fixerit corpus suum. Qui enim ægritudinem animi sui migrando de loco ad locum effugere nititur, sic est, sicut qui fugit vmbra corporis sui, seipsum enim fugiens, seipsum circumfert, locum mutat, non animum. Eundem se vbique inuenit, nisi quod deteriore facit ipsa mobilitas. Quid terrarum iuuare nouitas potest, quid mutabilitas locorum? Irrita quidem est illa iactatio, onus animi deponendum est, & tunc omnis placebit locus. Si locorum mutatio tuæ quieti non prodest, & sanctissimæ disciplinæ plurimum obest, æquũ est, o religiose, vt teipsum in cella contineas, lectioni & orationi vaces, a colloquijs, ac visitationibus non necessarijs abstineas statum, ac qualitatem animæ tuæ obsecro mediteris, & si eam pulchram & aliqua virtute expolitam inuenieris, fac quod pater Moïsis, qui videns eum puerum elegantem tribus mensibus a conspectu Ægyptiorum abscondit. Sic & tu animæ pulchritudinem, quã religiosis operibus assequutus es, tribus mensibus, scilicet, dum bene purgaris, dum bene illuminaris, & bene perficeris, a tumultu rerum secularium occulta, ne eam pessimã, & tuo statui non conuenientes occupationibus illidant. Si autem animam tuam vitijs & affectibus prauis adhuc sedam esse persenseris, non sis tam insipiens, vt pu

B tes te inter titiones posse mundari, & in medijs negotijs secularibus, quæ solent fuscare perfectos posse proficere. Absalom iuuenis pulcherrimus, qui in ciuitate, & in domo regia, suum decorem retinuit, in agro cecidit, & pulchritudinem, ac vitam amisit. Denique tulit Ioab tres lanceas in manu sua, & infixit eas in corde Absalom. Quo pacto tu pulchritudinem animæ comparabis, vbi alius iam partem cõfeditate cõmutauit? Diabolus te in vicis, in plateis, & in domibus mundanorum expectat, vt cor tuum tribus lanceis, concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ transfigat. Tuo exemplo vult alios vincere, & a custodia disciplinæ ad vitæ mundanæ amorem pertrahere. Miserere animæ tuæ, quam curis secularibus destruis, miserere animabus eorum, quas exemplo a vita religiosa dimoues: & miserere vitæ religiosæ, quam paulatim in te, & in alijs a decore sui splendoris abducis.

Et quod aliud malum religiosi discursibus non necessarijs, & visitationibus secularium insisteres incurunt? Certè, quod & seipsum, & statum religiosum contemptibilem faciunt, & incomparabiles fructus virtutum impediunt. Verum est enim, quia nimia consuetudo contemptum parit, vnde saculares passim nos videntes, & singulis horis alloquētes, &

Genes. 4.

Iudas in epist.

Hug. sup.

Prim. 30.

Seneca.

Iustin. in ligno vitæ tractat. de perseverantia. c. 4. Bern. ad fratres de motu Dei ante medium.

Exod. 2.

Cassian.  
lib. 3. de  
spiritu ac-  
cidia. c. 7.

Matth. 11.

Matth. 23.

nos homines, & fragiles, & nō mundo mortuos esse probantes; facile aspernantur, quos solo habitu & nō aliqua insigni virtute à se distitos esse conspiciūt. Quod & Ioannes Cassianus indicat, dicens: Numquam potest, nec apud eos quidē, qui sæculi homines sunt, honestē incedere, qui nequaquam claustricellæ, & operi manuum suarum inherere contentus est. Sed necesse est eum inhonestum esse, dum necessaria victus requirit, adulationi quoque operam dare, nouitates etiam rumorū sectari, causarum fabularūque occasiones conquirere, per quas sibi metipsi aditum parat, ac facultatem, qua diuersorū domos valeat penetrare. Quis autē cōtempibilius inhonesto, & adulate. & eo qui non rogatus, nec vocatus se ingerit, & in negotiis alienis causa victus se intromittit? Status autem religiosus, qui nō aliud est quā ipsorum religiosorum collectio, & ipsorum moribus æstimatur, & illis ob vitam impuram contemptis, status etiam ipse contemnitur. Putantque aliqui sæculares (quod certē non sine lacrymis scribendum esset) nos vt lautē viuamus, & lucris inhiemus, & liberius procedamus, vitam religiosam suscepisse, & habitum religiosum gestare. Putant nos esse ex illis, qui contegunt se vestimentis ouiu, intrinsecus autem sunt lupi rapaces, quia fructus aliorum, qui malarum arborum sunt, & vitam illorum que non redolet oues, sed lupos, non illis tantum, sed omnibus suæ professionis adscribūt. Quid existis in desertum videre, ait Dominus, arundinem vento agitatam. Sed quid existis videre, hominem mollibus vestitum? ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. Vident nos sæculares mollibus, & pretiosis indumentis circumdatos, vidēt nos suis affectibus oneratos, vidēt nos præ instabilitate, omni arundine leuioribus effectos, & putant starum nostrum, & mores aulicorum præferre, & arundine leuitatē, & vanitatem imitari. Id putant (licet manifestē decipiantur) & ideo aspernantur illum, quem ex nostris peccatis folia cæremoniarum, & non fructum virtutis habere coniciunt. Hæc autē falsa tum religiosorum, tum religiosi status opinio, vix est credibile, quantos fructus virtutis impediatur. Nam dum sæculares audiūt nos humilitatem, abstinentiam, & sæculi laudare contemptum, putant, id loquendi tantum gratia dici, nō verò exercendæ virtutis causa prædicari: quia vita nostra ambitioni dedita, commensationibus, & ebrietatibus addicta, & rebus secularibus occupata, quidquid boni dicimus, destruit, & virtuti quæ prædicamus, contradicit. Documentum quidem est Domini Saluatoris: Super cathedrā Moysi sederunt Scribæ, & Pharisei, omnia quæcumque dixerint vobis, seruate, & facite, secundum verò opera eorum, nolite facere. At pauci sunt qui sciāt hanc salubrem doctrinam seruare. Attentiū nāque manus, quā sermonem inspiciunt: quod si eas viderint sanguine plenas, & sordibus peccatorum fedatas, sermonem peccata damnantem, & virtutem laudantem irrident. Et nostra distractio ac secularis conuersatio non tantum nobis nocet, & sanctissimum statum religiosum eleuat, sed etiam viam virtutis secularibus inaccessam esse suadet, vt sic in omnes inueniamur iniuriōsi.

Hæc mala nobis profectō timenda sunt, & pœna à iusto iudice Deo illis in perpetuum decreta, quam vt euadamus, necesse est religiosos religiosè viuere, & omne, quod sæculum sapiat detestari. Concio habenda nos extra cellā & cœnobium vocat, exeamus; confessio peccatorum infimi excipienda compellat, procedamus: obedientia (vt vno nomine dicam) aut charitas nos ad progrediendum impellit, intrepidē,

A & sine vllō timore incurrendæ imperfectionis progrediamur: at extra huiuscemodi occasiones cœnobium nos teneat, & cella clausos, & bene occupatos cōtineat. Exitus sit necessitas, reditus autem ad Dominum, qui nos in cella nostra gratatē expectat, sit desiderium nostrum, sit nostra læticia. Oculi nostri, mundi pulchritudines, aures, sæculi rumores, lingua, verba inutilia & vana deducant. Omnes sensus nostri, omnes vires animæ, & vniuersa corporis mēbra rebus spiritualibus affuscāt, vt spirituali occupatione promissam spiritualibus gloriam acquirat. In hoc vult Paulus nos imitatores habere, dū ait: Ipsi scitis, quemadmodum oporteat imitari nos, quoniam non inquieti fuimus inter vos, neque gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore, & in fatigatione nocte & die laborantes, ne quem vestrum grauaremus. Quidnam quietus est, Apostoli exemplum sequens? Ille certē, qui aut animi tranquillitatem in corpore deriuat, & absque legitima causa vagari non finit: Vel qui corpus suum nexibus diuinæ dilectionis, in cella tamquā in carcere vincit, vt ipsa corporalis quies, animo quietem impertiat. Et quis non gratis helluonum more panem manducat? Ille quidem, qui pretiosas temporis horas, de quibus rationē est redditurus, oratione, & lectione, & ministerio suo occupat, & in oneribus obedientiæ, & in officiis charitatis infumit. Hunc Paulus veluti charissimum imitatore diliget, nec illa acerrima sententiā increpabit, qua in alio loco ait: Rogamus autem vos fratres, vt abundetis magis, & operam detis, vt quieti sitis, & vt vestrum negotium agatis, & operemini manibus vestris, sicut præcepimus vobis, & vt honestē ambuletis ad eos, qui foris sunt, & nullius aliquid desideretis. Sapietē in initio causam instabilitatis edicit: ea autem est, quia animus elatus superbia, existimat se diuitem esse, & bonis operibus abundare. Esto, id ita sit, sed iste quisquis est, scire debet, quia in tempore spirituali lucro destinato, intolerabilis stulticia est nolle amplius lucrari, ac maiora virtutum augmenta conquirere. Qui autē vult magis abundare, in primis, necesse est, vt quietus sit, quoniam mentis & corporis diuagatio, spirituales diuitias non auget, sed potius iam partas amittit. Ac deinde non aliena negotia, sed suum negotium agat. Si enim perfectionis negotium tam arduum est, vt totum hominem poseat, & nec totus homo ad illud sine magna gratia sufficiat, quæ cæcitas est huic negotio vana negotia superaddere? immo & illo postposito, ista ad propriam damnationem tractare. Operetur igitur manibus suis, id est, actionibus religiosis insulat, & honestatem status sui in omni loco, sed præcipuē inter sæculares præferat, & desideris eorum, quæ abiecit, se falli non sinat, quicumque vult pericula distractionis euadere, & nequaquā à professione, quam arripuit, excidere. Tēpus perfectioni comparandæ assignatum, curis & colloquiis inutilibus cōterendum non est, quod nulla postea humana diligentia restaurat, iuxta dictum cuiusdam sancti senis, qui vt refert Beatus Dorotheus, dicebat: Aurum, vel argentum si amisit homo, posse eum vel id ipsum vel tantundem recuperare: tempus autem si pereat, nec ipsum amissum, nec aliud pro eo posse aliquando restaurari. Citra controuersiam verissimum est dictum huius senis; quoniam tēpus iam insumptum nulla reuocat humana potestas, præsens verò tempus non recuperat quod perditum fuit, quippe quod tam angustum est, vt vix sibi ipsi sufficiat. Si autem amarum est assuetu relinquere, & nos in cella ocludere, & mundo perfectē mori, meditemur huius absconsionis præmium,

2. Thess. 3.

1. Thess. 4.

Dorothei  
doctrina  
11.

quod

Malach. 4.

quod eam non tantum tolerabilem, sed & gratam ac iocundam efficiet. Describit istud primum Malachias dicens: Et egrediemini, & salietis sicut vituli de armento. Et calcabitis impios, cum fuerint cinis sub planta pedum vestrorum in die, qua ego facio, dicit Dominus exercituum. ] In die quidem illa, qua Dominus, quod nobis promisit, faciet, quæ dies est æternitatis egrediemur ergastula cellarum, imò & angusta spatia rerum terrenarum, & saliemus sine villo timore, & cum incomparabili exultatione, & cæli latitudinem penetrabimus. Cõculcabitur dæmones, quos nostram professionem custodientes vicimus, & vniuersa quæ nobis offerebant, melioribus bonis cumulati, quasi cinerem vilissimum despiciemus. Tunc dabitur nobis merces absconsionis, & silentij vbi cumque libuerit discurrendi per mansiones cœlestes, & loquendi cum sanctis, vera & perfecta libertas, quam in æternum possidebimus.

*Quod religiosus de rebus sanctis cum aliis loquatur.*

CAPVT XXVIII.



**S**ED nobis loquendū est, & non semel aut bis, sed sæpè loquendum est, nec possumus, quādiu in hac mortalitate degimus, hominū penitus cõfortia vitare. Imò nec expedit nobis, neq; aliis, vt omnino proximorū confortia vitemus. Nō expedit proximis, quoniā eos loquendo, docemus, & ad omnem virtutē capessendā monemus: nec expedit nobis, ne emolumētō prædicatæ doctrinæ Euangelicæ, & misericordiæ, ac dilectionis fructibus careamus. Quid igitur faciendū est, ne hominū confortia nos distrahant, sed viam potius nobis ad perfectionē aperiat? Id quidē quod pharmacopolæ corporū ad salutem recuperandam facere solent. Hi enim vipera (veneno semoto) vtuntur ad theriacam componendam, quæ calore, ac occulta huius serpentis virtute compacta statim in cor hominīs tendit, ipsūq; à veneni cõtatione custodit. Habet homo in seipso nec timet, viperam teterrimam, quæ ad eius semper necem aspirat. Hæc est lingua, de qua inquit Iacobus Apostolus; inquietum malum, plena veneno mortifero: ] cui si veneno plena est, optimè conuenit, vt vipera nuncupetur. Venenum autem huius viperæ quo nos sæpè nescientes permitit, verbū de tractionis, & maledicentiæ, & irrisionis est, omneque verbum inutile, quodd si solum animam non perimit, at eo ipso quodd leue peccatum est, ad spiritualem mortem disponit. Tollamus hoc venenum à vipera, & vim prædicandi bonum, & persuadendi virtutem, & loquendi de rebus sanctis teneamus, & sic non iam veneno (quod sublatum est) sed virtute, & calore viperæ non solum aliis, sed & nobismetipsis proficiemus. Noster itaq; sermo, siue cum externis, siue cum domesticis semper de rebus bonis sit, non aliud quàm sanctorum exempla, & virtutis incitamenta redoleat, non aliud quàm ad ædificationem prouocantia contineat. Iste vt index animi, & sane non fictus, bonos malosque discernat, & sicut isti conueniunt, vt vana, & lasciuia loquantur, & se verbis ad malum accendant: ita & illi congregentur, vt quæcumque sunt bona, quæcumq; sunt sancta proficiant, & sermone se ad virtutem, & sanctitatem hortentur. Illos comparat Iob squamis Diaboli, de quo ait: corpus eius quasi scuta fusilia, compactum squamis se prementibus: vna vni coniungitur, & ne spiraculū quidē incedit per eas, ] qui in hoc amicitias

Iacob. 3.

Iob. 41.

**A** & familiaritates inuēt, vt quasi arma peccati, ipsum verbis tueantur, & operibus prauis defendant. Nec ego in squamis Behemoth hūc abditum sensum inueni, sed Bernardus, qui proposita dicta sententia subiūgit: Talis vnitas, imò verò peruersitas solet esse in aliquibus fratrum tepidè, ac remissè cõuersantiū, quibus si quid honestatis, aut insigne cuiusquam bonæ consuetudinis persuadere velis, promptiores sunt maiori dispendio, ac difficultate grauiori resistere. Quam facili compendio assequi velle, quod rectum esse consisterit. ] Bonos verò libenter confero cum aureis tintinnabulis vestis sacerdotalis, quorū sonus Dominum placat, & sacerdotis orationem accipiat. Si enim illa vestis, Ecclesiæ sanctæ est imago, quid aptius quàm viros iustos mala punica, & tintinnabula designabūt, quorū illa cõcordiam morum, & sanctitatem operum, ista verò vtilitatem verborum, quibus abundat sancti, significat. Mali quia de hoc mūdo sunt, idē de hoc mūdo loquuntur: boni verò, quia vt ait Dominus, de mūdo nō sunt, sed ipse eligit eos de mundo, idē de rebus mundanis, sed de rebus cœlestibus, & de mysteriis diuinis verba profundit.

**C** Iustitiæ, ac sanctitatis amatores id enixè curāt, vt Christum omnis sanctitatis magistrum in actionibus, & in verbis imitentur. Illius autem verba (vt nunc opera relinquamus) semper fuerunt tum auditoribus vtilia, tum sūmæ illi maiestati conuenientia: Semper os illud purissimum, in quo cœlestis gratia diffusa est, verba sanctitatis insonuit. Quem vt sequantur, qui mentis puritatem assequi volūt, verbis sæcularibus, & otiosis abstinere, & ea solum proferunt, quæ viros iustos deccant, & proximorum audientiū vtilitati congruant. Nam si ex abundantia cordis os loquitur, ] cor iustitiæ, & cœlestium desideriorum plenum, quid ori loquendum ministrabit, nisi quod audientibus proficit, & à sua dignitate non discrepet. Idque innuit Gregorius dicens: Boni etenim cum loquuntur, duo sunt, quæ in suis loquutionibus attendunt, vt videlicet, aut sibi, & auditoribus suis: aut sibi et solis proficit, si auditoribus prodesse non possunt. Cum enim bene audiuntur bona, quæ dicunt, sibi simul, & auditoribus profunt. Cum verò ab auditoribus deridentur, sibi proculdubio profuerunt, quos à culpa silentij liberos fecerunt. ] Et quidem Dominus hoc ita esse testatus est; Nam mittens discipulos suos, vt populis euangelium annuntiarent, præcepit illis, vt introeuntes aliquam domum, dicerent: Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis, inquit, requiescet super illum pax vestra, sin autem, ad vos reuertetur. ] Quod autem de verbo prædicationis euangelij dicitur, de quocumque ædificationis verbo intelligendum est, vt si audiens amator virtutis fuerit, audito ædificationis verbo proficiat, si verò cum indignatione, aut cum tædio sanctos sermones exceperit, saltem ille, qui loquitur nullo modo emolumento loquendi fruatur. Sed quomodo sermones de rebus sanctis magna vtilitate carebunt, quos Christus Saluator noster approbat, quos sua præsentia nobilitat, quos ipsum excitare, & fouere delectat? Vbi fuerint duo vel tres, ait, congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. ] Certè illi inter alios congregantur in nomine Saluatoris, qui vt se mutuo ad virtutem excitent, loquuntur verba salutis: quorum medium ipse Saluator occupat quia corda illorum emollit, & dum verba sancta audiunt, ad virtutem accendit, quamobrem discipulis eutibus in Emaunte, de sua passione loquentibus, se præsentem exhibuit, eorum hæsitaciones audiuit, tenebra ignorationis dispulit, tristitiam & angorem

Bern. ser. 5. de assumpt.

Exod. 28.

1. Ioh. 4.

Luc. 6.

Greg. 15. mor. c. 21.

Luc. 10.

Matt. 18.

Luc. 14.

disceat

Luce. 24.

Ber. ser. 9. in cant.

Matth. 18.

Matth. 5.

Cant. 2.

Bern. ser. 57. in cant.

Sap. 7.

v. Cor. 13.

Eccle. 44.

disiccit, corda gelida inflammavit, & noctem cæcitatatis in eorum mentibus dominantem in lucem medicinam conuertit. Denique aiunt: Nōne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis Scripturas? ] Ecce geminum aduentus Domini fructum, quem ad nos verba sancta traxerunt, Scripturarum apertione intellectum illustravit, & efficacia, ac gratia loquendi volūtatem accendit. Vtique libenter appropriat de se loquentibus, inquit Bernardus, sic solet. Sic euntibus in Emaum, & conferentibus inter se, iucundum se faciendumque exhibuit comitem. Nempe hoc est, quod in Euangelio pollicetur: Vbi duo vel tres congregati sunt in nomine meo, ego sum in medio eorū. ] Et per Prophetam, Antequam, ait, clament, ego exaudiam, adhuc loquentibus illis dicam, Ecce adsum. ] Appropriat itaque Dominus sancta loquentibus, vt verus sol, qui tenebras primū ignorantia sua luce fugat, & frigus deinde tepiditatis, & sordiditudo suo calore dissipat, quem ad nos inuitamus, cum sancta loquimur, cum ea, quæ nos ad virtutem alliciant, audimus, cum profectus gratia de Deo, ac de rebus diuinis disputamus. Nec in his duobus solam, quæ diximus, Christus sancta loquentibus se solem ostendit, sed in hoc etiam, quod ad istos sancta ore tractantes, non lentis passibus, sed celerimē approximat. Ecce enim ipse venit saliens in montibus, transiliens colles. ] Montes collēque transiit, qui corda superba, & verba salutaria despicientia contemnit, venit autem ad animam humilem, quæ semper viam salutis iucere, semper aliquid, quod ipsam inflammet, de sponso audire cupit. Venit inquam, ad illam, & venit, vt sol, cuius aduentus velox, cuius cursus celer est. Quod & Bernardus indicat in hunc modum scribens: sed nec vllus omnino sermo, qui ædificat ad pietatem, ad virtutes, ad morēs optimos, negligenter est audiendus, quoniam & illic iter, quo ostenditur salutare Dei. Quod si sermo gratus venit, & placidus quatenus pulso fastidio cum desiderio audiatur, iam non modo venire sponsus, sed & accelerare, id est, cum desiderio venire, credendus est. ] Si autem veniunt omnia bona pariter cum illo, vt est in libro Sapientia, quis nō videat sancta colloquia, quæ Christum ad animam trahunt, multa bona spiritualia secum inuehere?

Quin & assiduitas loquendi de rebus sanctis ad omnem virtutem capessendā potēter instigat. Dum enim nunc humilitatem extollimus, deinde charitatem fraternam efferimus, postea verō zelum animarum, aut quamuis aliam virtutem laudamus, & sanctorum exempla in confirmationem dictorū adducimus, nescio quo pacto mens nostra virtute nuda, suam nuditatem erubescit, & opere prestare, quod aut audiuit, aut loquuta est, magno feruore contendit. Corruptum sanē bonos mores colloquia praua, ] sed de virtute, ac perfectione auditi, aut dicti sermones, corruptos mores in bonum mutant, & in suaues ac integros mores cōuertūt. Vnde sicut astus Diaboli est, lasciuia, & impura colloquia apud aliquos excitat, aut ineptos libellos legēdos ingerere, vt ad omne genus vitorum moueat, ita cōciliū Domini & bonorum angelorum est, pura, & sancta colloquia in medium proferre, & libellos spirituales edere, vt è silice cordiū nostrorum desideria virtutis & puritatis excutiat. Multos vidimus, qui religiosē vivebant, prauorum colloquiorum contagione pollutos, & multos etiam qui tepidē & remissē in via Dei se gerebant, audito vnus viti spiritualis colloquio, ab illa remissa viuendi ratione liberatos. Laudemus viros gloriosos, ait Ecclesiasticus, & parentes

A nostros in generatione sua. ] Et rursus: Sapientiam ipsorum narrent populi, & laudem eorū nuntiet Ecclesia. ] Quare viri sancti, & gloria digni laudādi sūt, nisi vt eorū laudata virtus, nos ad istorum virorum sequelam prouocet, & inglorios ad gloriam efferat, & similes illis, scilicet magnos & gloriosos efficiat? Et quare sapientia eorum, & omnis ipsorum virtus ab Ecclesia proponitur, nisi vt mens infirmorū audita maiorum virtute, ad imitandum accendatur? Hæc profectō est præcipua vtilitas, quam ex sanctis colloquiis accipimus: quod velut prosperi venti nauiculam cordis nostri non ad aliud quā ad portum perfectionis, & virtutis impellunt. Quod sanctus Bonauentura cognoscens ait: de Deo libenter loquere, & libentius audi, quia incitat cor ad studiū virtutis, & affectum deuotionis. ] Libentius audiendum est. Quoniam qui audit, humilitatem exercet, dum se alterius qui loquitur discipulum exhibet, & magna virtus est fructum sanctorum verborum excipere, & simul humilitate cohonestari. At libenter etiam est loquendum, quoniam si loqui & in cōspectu aliorum verba facere, magisterium redolet, tamen ita fieri potest, vt non sinat se, nec à charitate, nec ab humilitate separari. Nec enim de rebus bonis semper docendo loquendum est, sed frequenter amicabiliter conferendo, & molestē interrogādo, dum verō duo sic bona loquūt, vtrisque spiritualis amicitia promouetur, fructus deuotionis decerpitur, & humilitas custoditur. Qui ita recta loquitur, id est, sanctis colloquiis assuescit, is dirigetur, & in omnem virtutem ducetur, & celeriter in via spirituali proficiet. Is seipsum Domino reddet gratissimum, qui sicut verba inutilia & vana cū indignatione audit, ita sanctorum alloquiorum auditione lætatur. Ideoque per Salomonem ait: Fili mi, si sapiens fuerit animus tuus, gaudebit tecum cor meum: & exultabunt renes mei, cum locuta fuerint recta labia tua. ] In animo sapienti cor quod occultius est, & in sanctis verbis renes Domini exultant, quoniam internam iusti sapientiam, & attentam piarum rerum meditationem secretioribus donis recompensat, externa autem ædificationis verba, externa etiam laudatione, & audientium plausu remunerat. Sicut enim loquente Domino, quædam mulier eius verba melliflua, auribus corporis, & cordis excipiens, exclamavit, dicens: Beatus venter, qui te portauit, & vbera, quæ suxisti: ] ita conferentibus viris iustis de rebus diuinis, audientes admirantur, & beatos prædicant, quos vident in ipsis verbis, perfectionis studiosos, & aqua sapientia salutaria repletos. Certē loquente Zorobabele, & veritatem laudante, omnes populi clamauerunt, & dixerunt: Magna est veritas, & præualet: quin & Darius veritatis laudatorem magnis donis auxit: & stium cognatum vocauit, & in solium sublimissimum extulit. Qui de vino, & rege loquuti sunt, contemnuntur, & qui loquutus est de veritate laudatur. Qui apud Dominum qui de rebus temporalibus, de voluptatibus, de opibus, de dignitatibus, verba faciunt, velut terreni & carnales homines despecti sunt, qui verò pia colloquia, & verba sancta proferunt, vt viti spirituales ab audientibus honorantur, & à Domino cumulatum præmium sui sancti laboris suscipiunt.

B

C

D

E

At quo pacto hanc sanctē loquendi virtutem assequemur? neque eim proum est, inter sæculares viuentibus, & cum eis sæpe conuersantibus, & ea quæ in mundo geruntur, audientibus, propria labia circūcidere, & verba semper ædificationis effundere. In

Вопаш. in informat. пошл. р. 1. с. 1.

Прок. 16.

Прок. 23.

Лук. 11.

3. Esdr. 4.



hac re, sicut & in ceteris à minimis incipimus & ad mediocria procedamus, ut tadem lingua nostra malo purgata, & bono assueta, ad culmē suæ perfectionis ascēdat. Minimū huius virtutis est omnia secularia, quæ ad nos ipsos aliquādo pertinuerūt, obliuisci, & ea nulla ratione in colloquū admittere, ac de his omnino non loqui. Nam sunt aliqui religiosi, aded insipientes, & stulti, ut coram aliis genus suū, ac parentum nobilitatem explicent, diuitias & dignitates quas reliquerunt, iactent. Imò & mala quæ gesserūt (quod certè pudet dicere) narrare, & propalare nō erubescant. Quibus verbis se adhuc terrenæ nobilitatis æstimatores, opum & dignitatum amatores, & malorū, quæ perpetrarunt sectatores, ostendūt. Horum cæcitatem reprehendit Bernardus ita scribens: **Q**uamquam de his qui religiosè vestiti, & religionē professi sunt, nonnūquam audiuius aliquos reminisci, & iactare impudētissimè mala sua præterita, quæ verbi gratia aliquando, vel fortiter gladiatorio, vel argutè literario gessere conflictu, seu aliud quid secundum mundi quidem vanitatem fauorabile, secundum animæ verò salutem nocuum, perniciosum, damnosum. Secularis adhuc animi indicium est hoc, & humilis habitus, qui gestatur à talibus, non sanctæ nouitatis est meritū, sed prisæ vetustatis operculum. [At dicis te ista narrare, non ut de rebus mūdi glorieris, sed magis ut de malè actis confundaris, & tuam pristinam vitam horum relatione condemes. Sed inanis est talis excusatio, quæ sub colore humilitatis non confusionem, sed vanam laudem, aut gloriam, à vanis hæc audientibus, & ex rebus vanis quærit. Talis astutia eundem bernardum non lædit, qui statim eam in hunc modum detegit. Nōnulli talia quasi dolendo, & pœnitendo rememorant, sed gloriam intentione captantes, commissa sua non diluunt, sed se ipsos illudunt. Nam Deus non irridetur.] Veterem hominem non exuerunt, sed nouo palliant. Non proditur, aut proicitur vetus fermentum, sed statuitur, secundum illud: Inueterauerūt ossa mea, dum clamare tota die.] Quod si isti (ut obiter dicam) damnabiles sunt, quid de illis sentiendum est, qui mala in statu religionis admiffa, procaciter narrāt, & ac si alicuius sanctissimi viri historiam artererēt, sic sua vitia è sæculo aduecta, & sub perfectionis statu conseruata prædicare contendunt? Quod idem sanctissimus pater statim taxat, dictis subiiciens: Pudet reminisci quorundam tãtam proteruiam, ut non pudeat eos cum exultatione lugenda iactare, quod & post susceptum sanctum habitum callidè quempiam supplāuerint, & circumuenerint in negotio fratrem, aut quod talionem pro conuitio, vel maledictō, id est, malum pro malo, aut maledictū pro maledictō audacter reddiderint. Sed est cōfessio eo periculosius noxia, quo subtilius vana, cum ipsa etiam inhonestā & turpia de nobis detegere non veremur, non quia humiles sumus, sed ut esse putemur. Hactenus ille. Isti omnes, qui prædicta, & alia similia verbis proferūt, & narrare, ac effutite non timent, homines sunt vanissimi, nō solum omni perfectionis sensu carentes, sed semetipsos à vera virtute similibus narrationibus elongēte. Nam quid quæso est, generis claritudinē, & carnis nobilitatē iactare, nisi tramenta, quiquilias rebus pretiosissimis antefēri? Si filius pauperis alicuius à rege adoptatus in filium, stultus haberetur, dum antiquam suā vilitatem apud aulicos enarrat, & præsentē felicitatem silentio cōtegeret, quid de illo erit existimandū, qui ad vitā religiosam, id est, filij Dei statū vocatus, vanitatis causa patētes carnales nominat, & eorū nobilitates, quæ huic præsentī cōparata extrema vilitas est,

Bern. ser.  
16 in  
ant.

Bern. ibid.

Psal. 6.

Psal. 31.

**A** apud alios religiosos exaltat? An illustrius est, o religiose, te filium esse equitis, aut patricij, aut ducis, aut principis, quam filium esse Dei? si istam dignitatem habes, quare illam vilitatem, quæ te superbum & inertem fecit, non obliuisceris? quare illam inter filios Dei nominare non erubescis? Et quid est, diuitias & dignitates iam spretas commemorare, nisi præmium relinquentibus omnia promissum, aut sibi met adimere, aut certa quædam ratione minuere? Si enim bona sæculi propter homines reliquisti, à quibus laudis mercedem exquiris, illa perdidisti: cū de huiusmodi scriptum sit: Amen dico vobis, receperūt mercedem suam. Si autem propter Deum deseruisti, & nihilominus propter hoc opus sanè egregium, hominum etiam laudationes captas, præmiū à vero remuneratore decretum minuisti. At quid est, mala, aut in habitu seculari, aut in habitu sancto patrata prædicare? certè non aliud, quam ob rem ignominia dignissimam seipsum efferte. Nam insanus esset, qui se ipsum extolleret, propterea quod per vicos & plateas vrbis sustibus cæsus sit, aut in publico nobilium conuentu colaphum ab hoste suscepit. Id autem ipsum, imò & in infinitum, peius est se de peccato laudare, & colaphum à diabolo acceptū (hoc namque ad minis omne peccatum est) tamquam rem magnam, & laude dignam in medium sermone producere. Ab hoc ergo minimo incipimus, & in hoc nos solertissimè exerceamus, ut genus nostrum, opes, aut dignitatem relictam, quæ in sæculo gessimus, quæ tractauimus, penitus à nostro ore eliminemus. Ne qui nostros sermones audierit, possit cogitare, nos, aut nobiles, aut diuites aut animosos, aut aliquid aliud, quod mundus fallax approbet, aliquando fuisse, sed tantum seruos Dei nunc esse, & ante vitam religiosam viles ac despectos extitisse.

**C** Diximus quid sit minimum, nunc quid sit mediū exponamus. Illud quidem est, ut à nostris colloquiis omnia secularia etiam ad alios pertinentia, omnem curiositatem inutilia sciendi, & omnem appetitum audiendarum nouitatum relegemus. Nam profectō indignum admodum est, & à vita spiritualium viro- rum alienum, religiosos curiosè verbis inquirere, quos aulicos rex ad aliquas dignitates promouerit, quos nobilium insignibus affecerit, quos diuitiis au- xerit: indignum est tractare, qui ex ciuibus coniu- gium inierint, qui honoris causa, aut primarum se- diū obtentu cōtenderint, qui in negotiis, aut magnū lucrum fecerint, aut partas antea opes amiserint. Vi- deas alios federe, & de bellis, de magnatum discor- diis, de ludis publicis, de secularium ambitione, & de aliis huiusmodi sine vlla circūsp̄ctione tractare, & si nō vestes religiosas videas, sed solos sermones audias, eos non religiosos, sed mores seculares pu- tabis. Facessant à nostris colloquiis, o religiosi, tot vana, tot inutilia, tot à sanctissimo statu nostro dis- crepantia, & si mortui sumus mundo, & Deo viuimus, ea quæ mundi sunt, relinquamus, & quæ viros deceant spirituales, tractemus. Et, si vnusquis- que secundum dignitatem suam cōuiuuium instruit, & amicos ad lautiores cibos inuitat, nos qui cum fi- lio prodigo minimè à paterna domo discessimus, sed ve fideles filij in domo æterni patris habitamus, & pretiosis cibis rerum spiritualium abundamus, ne- quaquam ad nos accedētes, ad filiquas, id est, ad nu- gas, ad fabulas, & ad vanitates audiendas inuitemus. Hoc nomine sanè contemptibili, Hugo Viſtorinus sermones rerum secularium appellat. Adhuc mecum habeo, inquit, filiquas, cibum scilicet porcorū, quia adhuc in ore meo resonat seculares fabule, quæ sūt,

Mach. 6.

Luc. 15.

Hugo. 2. de  
clausro.  
ara. c. 23

quasi

quasi cibus spirituum immundorum. Siliqua (sicut scriptum reperit) genus est leguminis foliis maximū & sonorum, sed granorum paucitate sterile, & penē vacuum. Ideoque per siliquas designantur fabulæ sæculares, sterili suauitate resonantes. Cum igitur sæcularia narro, stultos congreo, & sicut porci siliquas, sequuntur immundi nugas.] Si ignominiosum esset principi viro siliquis velci, & siliquas, aut aliquid immundum suis amicis in conuiuium parare. Quam indignius erit religioso ore fabulas, & nugas euoluere, & nihil aliud, nisi res sæculares, & vanas coram aliis in colloquium afferre. Sic ergo procul à nostris cōuentibus illa increpatio Isaia: Iudaica conuenticula reprobantis, qua ait, iniqui sunt cœtus vestri;] & sanctorum colloquiorum assuetudine eis nō iniquitatem, sed sanctitatem impertiamus, & spiritualium, ac iustorum conuentuum illis nomen donemus. Tales sint, quos viri spirituales non fugiāt, quibus Angeli adhæreant, quibus Spiritus sanctus assistat. Prisci religiosi non sæcularia, sed religiosa tractabant, viri spirituales non carnalia, sed spiritualia in suis colloquiis obtinebant, nunc autem qui nomen spiritualium proferebant, sed à vita spirituali distant, sæcularia & vana proferimus, quod Laurentius Iulianus hac grauissima oratione deplorat. Sic sanctos patres, inquit, virtutum sectatores, zelatorēque animarum olim egisse legitur. Statutus quippe diebus è propriis egredientes cellulis, vtilitatis causa conueniebant in vnum, eo itaque tempore nihil reprehensibile audiebatur inter eos, non extollentia, non murmurationis, non irritationis verba sonabant, sed totum, quod dicebatur, animæ cibus erat, vnde spirituales nutrebantur sensus. Ibi modesta loquutio, vilis habitus, humilis conuersatio, lacrymarum effusio, compunctionis, & dilectionis gemitus elucebat. Nec quisquam sine spirituali profectu inde discedebat, quia omnes propter communem & priuatam vtilitatem conueniebant. Luxta ipsorum laudabile propositum Dei clementia mirabiliter operabatur in singulis. Sed heu, hodie non sic. Nam rarus inuenitur, qui ædificationis verbum possit pronuciare rarior autem, qui ex operandi desiderio ad audiendum sit auisus. Frigescite namque spiritu, & ab æterna exercitatione cessante, deficiūt, qui conuenire in vnum cupiant, & vtilia, quæ proferrantur, verba. Quod absque seruorum Christi ignominia non fit. Videmus nempe agricultores, cum in vnum coadunantur, repente, & sine tædio, de iis, quæ agriculturæ sunt, fermocinari: artifices mechanici de artificijs suis, mercatores de mercimonijs, oratores de suis facultatibus confabulari. Et (proh dolor) soli Dei serui, quæ proprio congruunt statui, audire, vel loqui non curant, aut ignorant. Si tamen conueniant simul, vt plurimum tacent, proficua, & vtilia, & de alienis proloquūtur negotijs.] Faciamus itaque quod vir prudens facere consuevit, qui silet cum apud aliquos incidit tractatio eorū, quæ ipse non nouit. Iā nos pro ratione status nostri, sæcularia ignoramus, iam mundana non noscimus, iam prophana à desiderijs nostris reieciimus, & à cogitationibus nostris euulsimus. Quæ ergo non cupimus, quæ nec cogitamus quidem, æquum est, vt nec verbis pronunciemus. Aut si libet nobis hæc prophana & sæcularia loqui, liceat alijs nos vita mundanos, & sæculares iudicare, liceat illis nos sæculi amatores vocare. Hęc enim loquuntur quique, quod diligunt, inquit Prosper, & delectabiliter audiunt, quod assiduis cogitationibus voluunt.

Summum tædem, ac perfectum locutionis est, nisi ad aliquid temporale tractandum necessitas cogat,

**A** vel aliud charitas discreta suadeat, de Deo sepet, & de diuinis, ac spiritualibus rebus loqui aut omnino tacere. Verba enim ad manifestanda interiora inuenta sunt, eius autem, qui seipsum Deo cōsecrauit, ac templum diuinitatis effecit, omnia interiora debent esse plena Deo, referta diuinorum: Is ergo si ad aliquid aliud ius necessitatis, & aut lex charitatis nō impellat, diuina & spiritualia verbis eructet, quæ in animo suo recondidit, & mente concepit. Quod quidem nō est difficile his, qui in veritate ambulāt, & non segniter ad perfectionem aspirant. Nam desiderium Dei, & concupiscētia perfectionis, affatim verba subministrant, qua ardētia intus desideria manifestent. **B** Qui verò adhuc tepidi sunt, debent se ipsos ad hoc genus spiritualium colloquiorum cogere, & à verbis inanibus penitus abstinere, quoniam hæc frigus fœcordiæ generant, illa verò etiam in cordibus tepidorū ignem sanctæ deuotionis exsuscitant. Non est autē putandum materiam istam ad loquendum esse angustam, aut ieiunā: quinimo tam lata est, vt ad cōferendū de reb. diuinis, nec tota hominis vita sufficiat. Res quippe terrenæ, aut inanes sūt, aut imperfectæ, aut modicæ perfectionis participes, & ideo non multis verbis exponuntur. Sed res diuinæ sūt perfectionis plenæ, pulchritudine & diuitijs abundantes, quare numquā verbis exhauriētur. At, quid loquar, dicis, cum animi laxadi gratia fratres in vnum cōuenimus, & quas res spirituales, ac diuinas ore tractabo? Multa sunt (vt dixi) & valde suauia, quæ hoc argumentum saluberrimum cōtinet, quibus poteris te ipsum, & audientes delectare? Sit tibi semper in ore vita Christi Iesu, & eius dicta, eius gesta, eius miracula, eius passiones, eius amorem, pulchritudinem, & sanctitatem cōmemora. Ne obliuiscaris misericordiæ matrem, sed eius dona, ac priuilegia, ipsius puritatem, ac dignitatem, nec non ei tantæ Virginis gloriam, & maiestatem edicito. Sanctorum gesta nō te prætereant, siue illorum, quos singulis diebus Ecclesia recenset, siue aliorum, quos apud Dominū aduocatos habes, aut quorū vitas & miracula legis, aut in quorū doctrina, & imitatione versaris. Virtutum pulchritudinē, & tranquillitatem, vitiatorum etiam fœditatem, & inquietudinē tua lingua reuoluat, ita tamē vt penitus ea vitia nō nomines, quæ aut in te, aut in audientibus aliquā cogitationem minis purā, aut aliqūē motū minis decentem gignere possunt. **D** Desideria, quæ habes siue mortificadi defectus tuos, siue acquirēdi virtutē aliquam, siue proximos præcipuē infideles adiuuandi, cum socio prudētī, & fideli cōferre licet, qui ipsa promoueat, & suis adhortationibus magis accēdat. Nouissima hominū mortem & iudiciū excipiētia omnes, & gehennā malis, ac gloria bonis præparatā frequenter expone, quæ tibi, & audientibus sæculi vanitatem, & sanctæ vitæ valorē aperiāt. Statum religiosum, ad quem vocatus es, non sine mētis exultatione laudato, eius securitatē, & sæcularis vitæ tū molestias, tum pericula prædicato, & te quā gratissimū beneficio diuinæ vocationis ostēdito. Fratrum tuorum virtutes, siue alibi siue in tuo cœnobio viuētū nequaquā omittas, sed eas animo suspice, verbis venerare, & teipso donis ob tuā negligētiam vacuum esse, erubescere. Mundi miseras, cæcitatē, bonorum eius breuitatē, infidelitatem, & alias, similes aliquādo pronūcia, & te ab his liberatum esse vehemētē exulta. Ea quæ in mensa inter prædendū lecta sūt, ad collationē adducito, & ex aliquo, quod mēti tuæ dulciūs sapuit, loquēdi occasionē arripito. Fructū disciplinæ religiosæ, & obseruatiæ regularis etiā verbis euolue, qui tibi vitæ laxioris timorē incutiat, & amorem regularum, & statutorum impertiat.

I. i. 2.

Iulianus.  
de discip.  
& perfe-  
ctione mo-  
nast. con-  
uer. c. 15.

I. 5.

Prosper. 3.  
de vita  
can. c. 6.

Si literatus es, tractatio aliquorum sacra Scriptura locorum, non te pratercat, ita tamen ut non curiositatem, sed deuotionem, sed profectum, sed amoris ardorem exquiras. Tade ea omnia in tuis colloquiis tractare poteris, quae te ad virtutem moueant, & audientes, ac ex tuo ore pendentes edificent.

Viros religiosos, & spirituales, has & similes res debere in suis colloquiis frequenter tractare Beatus Laurētius Iustinianus his penē verbis monet. Studeat ergo Christi serui, cum in vnum congregatur, & inuicem reperiantur, semper de rebus necessariis, vel de animae profectibus habere sermonem. Maximam namque & indeficientem loquendi materiam inuenient, si de miseria praesentis vitae, de periculis huius peregrinationis, de variis tentationum generibus, de Diaboli fraudibus, & de vitiorū deformitate, de virtutum ornamentis, & meritis, de mortis inuitabili necessitate, de poenis inferni, de regno Dei, & premio Paradisi, frequētius verò de Dei ineffabili charitate, humano generi per Christū, & in Christo exhibita. De huiusmodi autē tā pro Dei amore, & dilectione, quā pro audiētium edificatiōe, & suimet profectu, Dei serui tractare nō desinant. Spiritualibus spiritualia propinātes. Dent verò vnicuique proprium verbi pabulum iuxta personarum qualitatem, & tēporū. Nemo autem de ignorantia excusare se valet, cum Dominus per Prophetā dicat: Aperi os tuū, & implebo illud. Quod patēter in se David completū fuisse testatur, cū dicit, Os meū aperui, & atraxi spiritum. Non enim tam composita verba, & humanae scēlētiae eloquētia ornata, quā ignita, & puro prolata corde approbat Dominus. Qui autē haec attentē perlegerit, manifestē cognoscat, quā miserī sūnt homines, qui his sublimibus rebus spretis se perloquūtur de cibo, & potu, de corporalibus commodis, de lucris, de dignitatū acquisitione, & de aliis peioribus in quibus suam affectum collocarūt. Hi namque similes sūnt illis, qui cum possent suaues, & pretiosos cibos edere, amarus, & veneno infectos praereliquunt, quibus seipos interimāt. Intelliget etiā, quā reprehensibiles, & damnabiles sūnt religiosi, qui quae iam euouerūt, & ut vilia contempserunt, semper ore voluunt, & ea iterum masticantes, & proloquētes, se nō mundi contēptores, sed amatores ostēdūt. Et quemadmodū mendici re nihil habēt, sed desiderio omnia possidēt, & nihil est eorum corde insatiabilius, ita isti professione a mundo elōgati sūnt, verbis autē, & desiderijs, & animi distractionibus plus sūnt, quā saeculares mundo submersi. Nos si ad perfectionem venire cupimus, fugiamus hāc pestem, & statu ac professione facti caelestes, semper caelestia & diuina tractem. Et ut huic documēto verba Ambrosij finem imponant, sit nobis semper in corde, & in ore meditatio sapientiae, & lingua nostra loquatur iudicium, lex Dei in corde nostro sit. Ideo nobis dicit scriptura: Loqueris in illis, sedēs in domo tua, ambulans in via, dormitans, resurgens. Loquamur ergo dominum Iesum, quia ipse est sapiētia, ipse est verbum, & verbum Dei. Ipsum spirat, qui sermones eius resonat, & verba meditat. Ipsum seper loquamur, cum de sapiētia loquimur, ipse est, cum de virtute loquimur, ipse est, cū de iustitia loquimur, ipse est, cū de pace loquimur, ipse est, cū de veritate, & vita, & redēptione loquimur, ipse est. Ista verba loquamur, quorum dulcedine capti dicemus: Quā dulcia faucibus meis eloquia tua super meliori meo. Verē mel superat, quae omnē mundi suauitatē excedūt, Mel superant, quae Christū veram dulcedinē ad nos aduocāt, quae amorē virtutis excitāt, & nos perfectionis amatores, & virtutum sectatores ostēdunt.

lusi. lib. de discip. et perf. monast. conuer. c. 15.

Psal. 80.

Psal. 118.

Ambros. in psal. 36.

Deut. 6.

1. Cor. 1. Ioan. 1.

Psal. 118.

**Quod religiosus in cunctis bonum exemplum praebet.**

**CAPVT XXIX.**

**N**on sufficit bonum loqui, sed bonum facere necesse est. imò ideo bona loquimur, aut quia bonum facimus, vel ut illi, qui nos audiunt, & nos etiam simul cum illis bona faciamus. Qui enim bonum loquitur, sed bonū non facit, similis est arbori sterili, quae frondibus arboris fructuosae se vestit. Nam verba folia sunt, & verba bona, folia arboris bonae, quae fructus bonorum operum ferre solet: his verò folijs arbor infructuosa se dissimulat, dum homo bene loquitur, & fructus bonorum operum ferre non curat. Qui ergo ad perfectionem assequendam bonum loquitur, bonum etiam operemur, & qui sanctis sermonibus nosmet ipsos, & alios audientes erudimus, bonum quoque illis exemplum praebemus. Id nobis maxima cura sit, ut fratres nostri nihil in nobis videant aut nihil de nobis audiant, quod ipsos offendat, aut quod videntes, vel audientes non ad virtutis imitationem accendat. Vtilia nobis, & licita, imò & aliquatenus necessaria interdum rescindenda sunt, & cum aliqua incommoditate in victu, in vestitu, in ministerio, in habitatione viuendum, ne pusillus scandalizetur, & nostrae imitationis praetextu, eo, quod nobis quidem necessarium esset, sed illi superfluum est, vestiatur. Quo spiritu abundabat Paulus cum dicebat: Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate. Nam quaedam nobis secundum diuinam vel humanam legem aut secundum regulam nobis licita, & cōcessa sūnt, quae tamen nec nobis, nec aliis expediunt. Non quidē nobis, quia eorum admisione, fratribus pusillis suspectos nos facimus, & non bonum exemplum praebemus, nec etiam illis, quia exemplo nostro eorum docti quae nobis licita essent, illis, autē illicita sūnt, audent, ut adolescēs verbi gratia, robustus, & firmus, more senis, & infirmi vult viuere, & minores, aut incipientes sanctam perfectionem, libertatem gestiūt imitari. Ab his nobis licitis, sed nec nobis, nec aliis expediuntibus abstinere debemus, ne fratribus scandalo simus, & sub inanium suspicionum, & temerariū iudiciorum potestate redigamur. Alio verò loco idem Beatus Apostolus, ad idem clariū & manifestius hortatur dicens: Omnia mihi licent, sed nō omnia edificant. Nemo quod suum est querat, sed quod alterius. Quasi non omnia nobis licita, sed omnia dumtaxat alios edificantiā admittenda sūnt, ut ad Christi imitationem nō nobis ipsis placeamus, nec quod nobis delectabile est, sed quod aliis est utile, & proficuum queramus. Videat itaque seruus Dei perfectionis cupidus, praesertim si non solus, sed in fratrum congregatione viuat, ne propriam consolationem, aut vtilitatem regulam suorum operū faciat, sed aliorum in omnibus (quo ad fieri poterit) edificatiōe querat. Alioquin & seipsum turbabit, & internam tranquillitatem ad sectandam vitam spirituales summē necessariā amittet, & alios, quibus ut spiritualis vir deberet proficere, malis exēplis offendet. Indiget forsitan cultiori cibo ob corporis nō nullā imbecillitatem, sed nō ita manifestē, ut omnes aduertant, ac ideo scandalo est fratribus illa exquilita lautities: relinquit illū cibum dicens cū Paulo. Si esca scandalizat fratrem meum, nō manducabo carnē in aeternū, ne fratrem meum scandalizem. Indiget nōnulla remissione, quo tēpore alij laborāt, illā in cōmodiorem opportunitatē differat, & cū aliis labore prout potuerit, ne sua illos minis prudētī vacatione

Paul. 1. Cor. 6.

1. Cor. 10.

1. Cor. 8.

constritet. Velle orare, aut meditari, aut legere, cum omnes fratres aliquid munus publicum obeunt, ut cum exempli gratia, peccatorum confessiones excipiunt, voluntatem suam abneget, & illis se socium, comitem, & adiutorem præbeat, ne ipsi sub onere relicti forsitan obmurmurent. Nam bona, & necessaria interdum omittenda sunt, ut meliora, aut magis necessaria faciamus, & in omnibus nos adificationis ac boni exempli amatores commonstremus.

Si autem bona hac regula metienda sunt, & ita præstanda, ut neminem lædant, & vniuersos adificet, quanto diligentius sunt mala boni exempli causa vitanda: Profecto qui vel hac de causa mala & imperfectiones non cauet, & apud alios, quantum sibi possibile fuerit, sine reprehensione non viuat, reus non tantum suorum peccatorum, sed & eorum, qui ipsum imitantur, efficitur. Sicut enim qui alios ad furandum inuitat, si illi, quod abstulerunt, non reddant, non tantum quod ipse surripuit, sed quod comites rapuerunt, iure restituet: ita qui malo exemplo suo ad detrahendum, ad frangendum silentium, ad minus promptam obedientiam, vel ad quid simile allicit, se suo peccato, & aliorum etiam peccatis atringit. Hunc etiam Bernardus, Domini hostem, & persecutorem appellat. Vereor, inquit, dilectissimi, ne quis forte sit, & in nobis Domini persecutor, quia manifesta docuit ratio, impedire salutem, esse persequi Saluatorem. Quas ego de salute animæ meæ fratri illi gratias agere possum, qui mihi propinat detractionis fraternæ venenum? Merito detractores Deo odibiles describuntur, tamquam persecutores. Quid & is, qui exemplo suo ad remissius agendum ceteros prouocat, aut singularitate turbat, aut inquietat curiositate, aut impatientia sua, & murmuratione molestat, aut quocumque modo contristat spiritum Dei, qui in eis est, scandalizans vnum de minimis istis creditibus in eum: Nonne & hic manifestè persequitur Christum? Ut ergo persecutorum & nomen & crimen longe sit semper à nobis, obsecro vos dilectissimi, benignos semper & mites exhibeamus, nos inuicem supportantes omni patientia, & ad id quod melius & perfectius est alterutrum prouocantes. Hoc curauit Eleazarus vnus de primoribus Ierosolymæ, & ista ratione ora se ad idololatriam excitantium occlusit. Non enim ætati nostræ dignum est, inquit, fingere: ut multi adolefcentium arbitantes Eleazarum nonaginta annorum transisse ad vitam alienigenarum, & ipsi propter meam simulationem, & propter modicum corruptibilis vitæ tempus, decipiatur. O mirabilem virum, qui primò ne Deum offenderet, & diuinam legem transgrediretur, deinde ne alios post se ad malum traheret, & sui flagitij imitatores efficeret, in quo se Dei hostem ostenderet, à crimine prohibite mädicationis abstinuit. Sequamur & nos virum istum, & pro nostra possibilitate, ne creatorem offendamus, & ne fratribus nostris scädalo simus, omnia peccata vitemus In malis fugiendis, & in bonis admittendis, sicut hic beatus vir, tum gloriam Dei nostri, tum proximorum adificationem queramus, ut & ignominiam, quæ ipse euasit, abiciamus, & verissima gloria tum in hac tum in alia vita cumulemur. Felix enim anima, ut inquit Dionysius. Richelius, quæ in cõgregatione bene versando, multorum est gaudiũ, atque confratribus sanctitatis exemplum, cuius humilitas alterius confudit su perbiã, cuius patientia confodallũ extinguit furorem, cuius mititas proximi iracundiam superat, cuius feruor inertiam alieni teporis exsuscitat: quæ fratrem suum turbatum, atque tentatum, mœstum itemque & afflictum, adificare consolarique nouit. Quantum verò sit periculum eorum, qui bonis ex-

Bern. ser. 1. de conser. D. Pauli.

Rom. 1.

2. Mach.

Dionys. li. 1. de vita christi sine secularij. ar. 6.

A plis aliis præluere non satagunt, statim explicat, dices: At verò vnũ quoque certum est, quod Eusebius ille Emislenus vel potius Eucherius Lugdunensis factetur, nimiumque horrendum existit, & ite incessanter pensandum: Quod nisi in claustris nostras quotidie circumcidamus & refecemus passiones, multò vitique hic deteriores efficiamur, quam in saculo viuentes exitimus, sic ut nostra posteriora prioribus, fiat peiora. Heu quare negligimus: cur uocatione nostram non semper aspiciamus? Quamobrem velut tuti, & tamquam si omnium euasissent laqueos periculorum, viuimus, magis verò dormimus, atque tepescimus. Hac, omnia sanctus hic pater. Quibus certe satis ostendit præpostera exempla esse plena periculis, bona verò, & aliis magnam utilitatem asserre, & nobis immortalẽ gloriam comparare. Nam si malis exemplis fratribus nostris nocemus, sicut cælum fulmina intorquẽs, eorum animas prauitate nostrarum actionum extinguiamus. Sic enim interpretatur Gregorius illud Iob. Ignis Dei cecidit è cælo, & tactas oues, puerosque cõlampst. Si autẽ exemplo sanctorum operum eos ad bonum incitamus, optimè nobis cõgruit illud Pauli: quia Christi bonus odor sumus Deo, in iis, qui salui fiunt, & in iis qui pereunt: alius quidem odor mortis in mortem, alius autem odor vitæ in vitam. Nam sicut radij solis ipsi boni ceram liquefaciunt, & lutum obdurant, ita boni exempli odor bonus atque suauis bonos ad bonum instigat, & malos sua ipsorum culpa ad bonum non iuuat.

C Omnibus quidem viris sanctis solemne fuit, se ipsos veluti specula aliorum hominum facere, in quibus suas maculas videat, & semper suã vitã sanctis operibus plenam, in virtutis exemplum aliis hominibus exhibere. Spiritus enim sanctus dicit illis per os Pauli Prouidetes bona nõ tantum coram Deo, sed etiã coram omnibus hominibus. Quare non putat, se virtuti satisfacere, si ita viuant, ut Deo placeat, nisi etiã aliis fratribus suis vitã exemplo proficiant. Nã sicut viri nobiles nõ tantum regi, sed etiam omnibus ciuibus volunt in cultu, in vestibus, in seruis, in comitibus illustres, & nobiles apparere: ita & iusti nõ tantum coram Deo, verum & coram aliis fidelibus eniti debent, ea intentione, qua statim dicemus, virtutis opera cõmonstrare. Et quemadmodum aurum nõ quidẽ Domino suo aurum, & reliquis lutum apparet, sed omnibus illud aspiciẽtibus, pulillis, & magnis, se autem fulgidum, & pretiosum ostendit: ita perfectus vir non solum Deo, quẽ Dominum constituit, sed & omnibus aliis, siue boni sint, siue mali, suam virtutẽ bene viuẽdo, & omne quod oculos aspiciẽtium offendat, cauendo, pro gloria Domini manifestat. Bernardus certè perfectorum vitã describens, eos pingit bonis sepe operibus insistentes, & bonũ exemplũ enixè curantes. Sancti Dei homines, quãdiu fuerunt in hoc saculo, nõ cessauerunt currere in bonis operibus, scilicet in ieiunijs, in vigilis, in elemosynis, in castitate, in cõtinẽtia, in lãganimitate, in patientia, in suauitate, in orationibus, in persecutionibus, in beneuolẽtia, in fame, & siti, in frigore, & nuditate in laboribus multis pro Christi nomine. Sancti homines despererunt præsentẽ mundum, ut æternũ regnũ acquirerent, non acceperunt hic promissiones, vel diuitias miserabiles huius sæculi, quæ perducunt homines malè eis vitẽtes ad tormenta inferni, sed hanc patriã tota intentione relinquentes, ad cœlestem Ierusalem leuauerunt oculos suos. Homines Sancti vitauerunt peccatũ in verbo, in facto, in cogitatione, in visu, in auditu, in motu in oculis, in manibus, in ira, in pedibus, in rixã, in furore, in dissensione, in vana gloria, in superbia, in elatione, in cupiditate, in gula, in somnolentia, in

Iob. 1. Greg. 2. mor. c. 28. 2. Corin. 2.

Roman. 12.

Bern. ser. 10. ad se. r. m.

fornicatione, in violentia, custodientes corpora sua, & animas suas, duobus modis ieiunant. scilicet à vitis, & à cibis. bona est abstinencia ciborum, sed multò est melior abstinencia vitiorum. Inde Ecclesia de suis membris, id est, de iisdem sàctis Patribus, dicit, Manus meae distillauerunt myrrham: Quid per manus, nisi operationes sanctorum intelligimus, & quid per myrrham nisi mortificatio carnis, & mortificatio vitiorum accipitur? Manus Ecclesiae Sancti homines sunt, bona operantes, de quibus dicitur: Operati sunt iustitiam. manus ergo Ecclesiae myrrham honorum operum stillant, quia nobis exempla bene viuendi demonstrant, & vt vitia carnis nostrae mortificemus, praedicant. Si ita Sancti vitam suam instituerunt, nos qui ad eorum sanctitatem peruenire cupimus, necesse est, vt eisdem passibus gradiamur. Hæc quippe est hominum prudentium consuetudo, vt si honorem, vel dignitatem aliquam, aut diuitias, aut principum gratiam assequi cupiunt, eam viam in eius assequitione teneant, per quam alij breuiter, & securè eandem rem adepti sunt. At vniuersi perfecti perfectionis dignitatem sūt assequuti non aliter quàm bonis operibus inhæredo, & virtutis exempla monstrando. Vanus ergo, & stultus est qui opposita via incedit, & putat se mentis puritatem adepturum, dum imperfectionibus inhæret, & suis peccatis alios scandalizat, & mali exēpli in cōgregatione odorem emittit. Certum est, quia quæ seminauerit homo, hæc & metet, quòd si tu in aliis exemplo vitæ tuæ feminas corruptionē, metes non perfectionem sed corruptionem, & si feminas discordiam, & inobedientiam, gehennam colliges, non vitam æternam.

Meritò verò Dominus à viris spiritualibus, & perfectionem sitientibus boni exempli lumen exquiris, quoniam ex ipso homines imperfectos, & tepidos viam salutis docet, & ipsomet iustos feruentiori virtutis desiderio succendit. Sint, inquit, lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Lucernæ, teste Gregorio, opera iusta designant, quæ non extinctæ, non absconditæ, non sub nocte delitescunt, sed ardentes, & lucentes deponuntur, vt ab omnibus videantur. Quis enim lucernam ardentem, & impositam candelabro non videat? quis ab ea ducatur suis gressibus non accipiat? cuius oculi splendore eius non illuminentur? cuius pedes non dirigantur? Sint itaque iustorum opera, tamquam lucernæ ardentes, quæ omnes videant. Videat autem ea, vt non tantum Euangelio prædicato, sed etiam viuo, & ad praxim redactò viam salutis addiscant. Videant contemptum sæculi, quo à Deo donatus es, vt sæculum contempnant, videant tuam humilitatem, vt se deiciant: Videant tuam castitatem ac circumspectionem, vt seminarum cōsortia, & corporis luxus, & omnem habendi occasionem fugiant: Videant tuam paupertatem, vt crumena & pecuniis se expolient: Videant denique tuam obseruantiam, ac amorem disciplinæ, vt simili obseruantia, & amore se vestiant. Videant, & tunc videri timeas, præsertim si iam vitæ spiritualis infantiam excessisti, quia non facis, vt videaris, sed vt Deus in te glorificetur, & habeat seruos, qui palam illum opere cōsueant, & nequaquam viam virtutis erubescant. Videant, quia sic placitum est ante Deum, qui vult suos seruos fideles agnosci, & malorum ac tepidorum vitam eorum cōuersatione damnari. Seruire Deo, & perfectionem querere, non est monetam adulterare, aut crimen læsæ maiestatis admittere, quod debeat in occulto fieri, sed est, Deo placere, Angelos lætificare, Sanctos imitari, mun-

dum nobilitate, impios à Dei indignatione defendere, quare debet sine vllò timore, & sine vlla erubescencia præstari. Qui malè agit, odiat lucem, & non veniat ad lucem, vt non arguantur opera eius: at tu, qui facis veritatem, venias ad lucem, vt manifestentur opera tua, quia in Deo sunt facta. Excipe verba Bernardi, qui Gregorij testimonio suffultus, causam istam, ob quam præbendum sit bonum exemplum, manifestat. Venerabilis virgo (ait ad sororem loquens) desidero, vt luceas omnibus ancillis Dei, quæ tecum sunt in monasterio, bene viuendo: quia sicut ait Beatus Gregorius, qui aliis suam vitam abscondunt, in semetipsis accensū sunt, sed aliis in exemplum luminis non sunt. Illi verò, qui exempla virtutum, & per vitam sanctitatis, atque per verbū prædicationis aliis lumen demonstrant, lampades ardentes sunt, quia aliis viam salutis ostendunt. Et in eandem sententiam Thomas à Campis inquit. Attende tibi vt quantum vales, omnibus sis causa boni exempli, vt in te clarificetur nomen, & vita Iesu Christi. Nemo veniat ad præsentiam tuam, quin ædificatus, & latus recedat à te. Tu verò retine apud te, quòd non sis dignus alicuius colloquio, sed magis tibi proficit aliorum visus, sermo, oratio. Ostendendum est itaque in omnibus bonum exemplum, vt omnes vitæ cœlestis doctores simus, & Euangelij doctrinam, si non verbo, at (quod efficacius est) semper opere prædicemus. Nec solum Dominus ex bonis exemplis peccatorum emendationem, sed etiam ipsorum iustorum mutuum feruorem, & profectum exquirat. Quia sicut carbones mutuo se accendunt, & citius ac vehementius ignis naturam concipiunt, ita iusti sanctis operibus mutuo se exhortantur, mutuo se iuuant, & ad ampliore virtutem inuitant. Ideoque illa duo Cherubim obumbrantia propitiatorij, mutuo se respiciebant, & expandebant alas suas, quia ex eo quòd sancti, quos in Cherubinis illis cōsidero, adiuicem suas virtutes respiciunt, robur ad proficiendum, & seipos feruentius exercendum, accipiunt. Vnde Richardus ait: Solent boni virtutes suas inuicem attendere, & alter ab altero profectus pariter & humilitatis incitamenta sumere. Vnde cōtingit, vt dum iste illius patientiam, & ille istius obedientiam, iste illius charitatem, & ille istius munditiā considerat, semper alter ab altero sumat, vnde in bonum crescat. Multum enim ad studium emendationis accinguntur, quando in aliis cernunt bonum quod ipsi minus habent. Salomon quoque idipsum astruit illis verbis: Si dormierint duo, fouebuntur mutuo, vnus quomodo calefiet? Illi namque simul dormiunt, qui sub eadem professione, in pace & cōcordia requiescunt: hi se mutuo fouent, & frigus teporis excutiunt, dum spiritu humilitatis ducti, virtutes quibus pollent adiuicem respiciunt. Iste alterius (verbi gratia) orationem notās, spiritum orationis in se promouet, & ille istius mansuetudinem vidēs, cor suum mititate & sustinentia mansuetat. Hoc artificium est sapiētia Dei, qui bonorum exemplis bonos ad maiorem virtutem peruehit, & malos emendat. Quamobrem iure optimo iusti per dentes Ecclesiae Christi spōsæ in Cantico canticorum signantur illis verbis: Dentes tui sicut greges tonsarū, quæ ascēderunt de lauaero, omnes gemellis fetibus, & sterilibus nō est inter eas. Dentes sunt puritate cādidi, charitate coniuncti, robusti fortitudine, quorum exēplo veluti quodā spiritali morsu, peccata, & defectus aliorum consumuntur. In quem sensum Augustinus hūc eundē locū interpretans, ait: Horum enim auctoritate cōmoti, Deo per illos loquēti & operati homines credūt, & separati à sæculo, cui cōformati erāt, in Ec-

Cant. 6.

Hebr. 11.

Galat. 6.

Luc. 12.  
Gra. hom.  
13. in  
Euang.

Ioan. 3.

Bern. ser.  
16 ad fo-  
rorem.Thomas  
à Campis  
lib. 1. de  
facil. di-  
spensat. c.  
13.

Exod. 25.

Richard. in  
Cant.  
cap. 3.

Eccles. 4.

Cant. 4.

August. in  
Psal. 3.

elise mēbra transeūt. Et ideo rectē isti, per quos hęc sunt, dentes dicantur, detonsis onibus similes, qui iam terrenarum curarum onera deposuerunt, & ascendentes de lauacro, de foridum sæculi ablutione per Sacramentum Baptismatis, omnes geminos patiunt. Operantur enim duo præcepta, de quibus dictum est, In his duobus præceptis tota lex pendet, & Prophetæ: ] Diligentes Deū ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mēte, & proximos tāquā seipfos. ] In quibus sterilis non est, quoniā tales fructus reddunt Deo. ] Nos autem secundū Dei propositum viuamus, & bonorum operum exemplo, tum nosmetipsos, ad meliora sepe, & altiora prouehamus, tum alios, qui necdum viam spiritus ingressi sunt, non tam oris quā vitæ vocibus emendemus.

Et sanē, si non aliud, saltem nostra dignitas, & nostra gloria ad præbendum bonū exemplum nos ipsos excitet. Quid enim dignius, quid gloriosius quā vt Dei milites, non ad capiendas vrbes, nec ad expugnanda regna terrena, sed ad conuertendas animas sancta conuersatione simus: Quid illustrius quā vt Deo cælestes sedes implenti cooperemur, & Christum animas ad se vocantem sequamur? Quid desiderabilius, quā vita nostra omnibus testatū facere, quæ præmia bonos maneat, & quæ supplicia malos & iniquos expectent? Hęc autem adipiscimur, cum exēplo vitæ omnibus nos cognoscētibz præluceamus. Nam qui bonum exemplum aliis præbet, miles est Christi, pro eius gloriā aduersus peccatores pugnās. Cuius malitiā laudator est Paulus ita ad Timotheum scribens: Hoc præceptum cōmendo tibi, fili Timothee, secundū præcedentes in te prophetias, vt milites in illis bonā militiam habens, fidem & bonam conscientiam. ] Fides quippe, & bona cōscientia ostensa sanctis actionibus potentissimē pro Christo militat, & animas prauis moribus assuetas expugnat. Qui bonum exemplum præbet, cooperator est Christi, qui veluti eius vox, quam nullus non audit, ad virtutem vocat, & quid malū sit, quid imperfectum manifestat. De se quippe, & de aliis rectam vitam sectātibus dicere potest: Dei sumus adiutores, ] quia quod Dominus Scripturis sanctis, & internis inspirationibus, & prædicatorum vocibus dicit, ipse vita, & actione suadet. Qui deniq; bonum exemplum præbet, testis est Christi, qui cōuersatione sua possibilem esse Christi doctrinam affirmat, & ei non se accommodantes operibus increpat. De his testibus in persona peccatoris inquit Iob: Instauras testes tuos contra me, & multiplicas irā tuam aduersum me. ] Sed qui sint isti testes, & quo pacto iram Domini aduersum peccatōrē multiplicēt, malo verbis Gregorij, quā meis sermonibus explicare. Testes Dei sunt, inquit, qui per exercitium sancti operis testantur, quæ electos securura sint præmia veritatis. Vnde hos quoque, quos pro veritate passos agnoscimus, Græco eloquio martyres, id est, testes vocamus. Et per Ioannē voce Angelica Dominus dicit: In diebus meis Antipas testis meus fidelis, qui occisus est apud vos. ] Sed testes duos contra nos Dominus instaurat, cum electorum vitam, prauitatis nostræ cōtrariam, ad arguendos nos instruendosque multiplicat. Contra nos ergo testes illius instaurantur, quia cuncta quæ agunt, studiis nostræ prauitatis aduersa sunt. Vnde & sermo veritatis aduersarius vocatur, cū mediatoris voce per Euāgelium dicitur: Esto cōsentiens aduersario tuo cito, dum es cū illo in via. ] Atque de hoc eodem Redēptore reprobis persequētes dicunt: Contrarius est operibus nostris. ] Et paulo post: Dissimilis est aliis vita illius. Testes itaque suos contra nos Dominus instaurat: quia bona, quæ face-

A te ipsi negligimus, hæc ad correctionem nostram fieri ab aliis demonstrat: vt qui præceptis non accedimus, saltem exemplis excitemur: atque in appetitu rectitudinis nihil sibi mens nostra difficile aestimet, quod perfectē peragi ab aliis videt. Et sit plerūque, vt cum alienæ vitæ bona conspiciamus, nostra sollicitius damna timeamus: Et eo parefcatur, quanto pōst pondere animaduersionis impetimur, quo nūc a bonorum moribus longē discrepamus. ] Quis hanc gloriam, hancque dignitatem contemnat, qua testis constituitur sanctitatis, dum alios exemplo vitæ suæ ad sequelam virtutis vocat? Quod si hæc dignitas contemnenda non est, semper bonum virtutis odorem spiremus, & libertate, aut laxitate viuendi alios offendere timeamus.

B Sed quā intentione, & quo fine curandum est, fratres bonis exemplis adiuare? Profectō non studio vanitatis, & opinionem virtutis apud homines querendi, & inanis gloriæ captandæ ( hoc enim puerile est) sed vt Deum in nobismetipsis magnificemus, & eius honorem & gloriam queramus. Ad quod ipse nos hortatur, dicens: Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est. ] Sic doctrina vestra resplendeat, inquit, vt eā sanctæ actiones approbet, & opera bona confirmet. Sic verō opera bona hominibus ostendatis, vt nō vanā laudationem ex eis, sed verā æterni patris gloriā aucupetis. Hanc enim querentes, & Deum in vobis tamquam in speculis diuinæ virtutis magnificatis, & vobismetipsis, mercedem semper duraturam, conquiritis. Ex sole itaq; & astris finē, quod tendendum est in bene operando discamus. Sicut enim sol, & luna, & astra vniuersa, quæ cælum ornāt, mortales illuminant, nō quidem vt seipsa exaltent, id præstāt, & proprii decoris ostensione magnificent, sed vt Deo creatori seruiant, & seipsis apud homines eius maiestatem, & pulchritudinem præferant: Ideoque cæli non suam, sed Dei gloriam enarrant, & non propriam laudem, sed opera manuum eius annunciat firmamentum. ] Ita viri iusti, qui quasi sydera in Ecclesia veluti in cælo fulgent, & peccatores veluti luce egentes, illuminant, nō humanas laudes ex bonarum operationū exemplo, sed Dei gloriā, a quo est omne datum optimum, & omne donū perfectum, ] debēt exquirere. Egre gie profectō iustos Origines cum syderibus cōfert, vt in illis, & lumen bonorum operum, & illuminandi causam, ac finem aduertant. Sicut cæli luminaria inquit, ac sydera in firmamento cæli à Deo collocata, cunctis indefinenter, quæ sub cælo sunt, fulgēt, atq; omnibus, quæ super terram sunt, per tēpora, ac tēpora, per generationes, & generationes mirabiliter relucēt, alia quidem per noctem, vt luna, & stellæ, alia nihilominus per diē, vt solis speciosissimi radij: sic & sanctorum virtutis insignia, atque beatissimi eorum agones, omnibus in perpetuum singulariter fulgēt, omnibus in æternum bonorum formam tribuūt, omnibus sub sole pietatis exēplum ostendunt.

C Quod autem syderibus, atque luminariibus cōparatur omnes sancti, demonstrat Apostolus, dicens: Stella differt à stella in claritate, sic erit resurrectio mortuorum. ] Proculdubio sanctorum. Sed & Angelus ad Danielelem, Tunc iusti effulgebunt vt luminaria cæli, & tamquam sol & luna, & tāquā stellæ in sæcula. ] Sic itaque effulgent, atque emicāt omnes sancti, non solum in tempore restitutionis, sed & nunc in tempore præsentis sæculi. Alius fide fulget, vt Abraham, alius castitate, vt Ioseph: Alius nihilominus mansuetudine, vt homo Dei Moyses. Item verō alius cōstantia, atque tolerantia vehementium dolorum, vt ad-

D

E

Mat. 22. Luc. 10.

1. Tim. 1.

1. Cor. 3.

Iob. 20.

Greg. Moral. 3. j.

Apo. 2.

Mat. 5.

sapient. 2.

Mat. 5.

Psal. 18.

Iacob. 1.

Orig. lib. 1. in Iob.

1. Cor. 15.

Dan. 12.



mirabilis Iob. Iustitiæ igitur amatores, Ecclesiæ pulcherrima luminaria, virtutis splendore fulgeant, & vitæ puritate resplendeant, & vniuersos virtutis suæ exemplis veluti clarissimis radiis illuminent. Nulla scandali nubes, nulla offensionis nebula eorum decorem & claritatē obscurat: sint recti, & simplices, & sine querela viuētes apud homines, ne illos (quod ad se pertinet) vlla macula prauæ opinionis obnubilet. Id autem cūrent, vt vera cæli luminaria, non vt

A ipsimet fulgeant, non vt famam, & nomen sanctorum aucupent, sed vt se Dei seruos fideles exhibeant, & eius gloriam, & honorem apud omnes amplificent. Sic audacter dicent cum Paulo: Neque quærentes sumus ab hominibus gloriam, neque à vobis, neque ab aliis. Qui dū gloriam caducam vitæ sanctitate nō querūt (& quod in ipsis est) abscondi, despici, & pro nihilo haberi capiunt, apud Dominū verā gloriā merentur, & æternis præmiis digni redduntur.

2. Theos. 2.



## PARS TERTIA

De aliis documentis ad perfectionem comparandam.



**O**MNIA, quæ in superiori tractatu dicta sunt, eò tendunt, vt religiosus sciat quid agere, & quid vitare debeat, vt sine periculo, quantum in hac vita fieri possit, per viam virtutis ac perfectionis incedat. Quia verò non sufficit, aut bonum agere, aut à malo abstinere, nisi etiam illud bene agamus, & istud circumspicere & prudenter cuitemus, ideo nunc alia documenta, quæ nos modum doceant in rebus tenendum, subiicimus. Atque his obedientia, quam diuinis instinctibus debemus, principium dabit, quia ipsi non tantum operis substantiam, sed modum etiam rationemque præscribunt.

Quod religiosus diuinis inspirationibus pareat.

### CAPVT XXX.



**V**ELLEM quidem huic documento, quod modò scribere incipio, primas partes inter mediæ generalia ad assequendam perfectionē necessaria tribuere; quod quisquis diligenter in intimis sui cordis admiserit, & attentus vocem Domini se vocantis, inuitantis, & docentis, auscultauerit. breui tēpore magnos progressus in itinere vitæ spiritualis efficiet. Illud verò est Deum audire, Deo obedire, Dei monita & adhortationes accipere, & illud cuiusdam sapientis celeberrimū dictum, Sequere Deum ] vita, & actione præstare. Vt autē hoc ab ipso suo principio exponamus, sciendum est, cogitationū internarum, quæ animum pulsant, & ad aliquid desiderandum, vel faciendū inuitant, quæsdam à dæmone communi aduersario procedere, quæsdam à corde nostro, ac à natura nostra exoriri, alias verò à Deo omnium bonorum auctore generati. Cogitationes à dæmone suscitatae sūt, quas ad aliquod malum prouocantes, ipse turbando, & componendo phantasmata sensuum nostrorum (habet enim ad hoc, si Deus permittat, potestatem) sensibus internis immittit, quæ intellectui præsentata, possunt illum ad cognoscendum mouere, & voluntatem, si admittantur, inficere. De his in Psalmo legitur: Misit in eos irā indignationis suæ, & indignationem, & iram, & tribulationem: immisiones per Angelos malos. ] Et Ioannes ait: Cūm Diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Iscariotes. Cogitationes à nobis ipsis manātes sunt, quas natura nostra corrupta, & suum semper commodū querens, & illud virtuti & puritati præponens, excuscat. De quibus ait Dominus: De corde exeunt

A cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemias. ] Et rursus: Quid cogitatis mala in cordibus vestris: ] Et sanè difficile est originēs huius duplicis cogitationis discernere, quoniam vitæque ad malum prouocant, & similes habent effectus. Vnde Bernardus ait: Quis ita vigil, & diligens obseruator motionum internarum suarum, siue in se, siue ex se factarum, vt liquidò ab queque illicita sensu cordis sui discernat inter morbum mētis, & mortuum serpentis: Ego nulli hoc mortuum possibile purò, nisi qui illuminatus à Spiritu sancto speciale accepit donū, quod Apostolus inter cætera charismata, quæ enumerat, nomina discretionem spirituum. ] At licet ignotū sit nobis, an cogitationes ad malum incitantes, à nobis, an à Dæmone exortantur, notum tamen & compertum est, eas omnes esse reijciendas eo ipso, quod ad malum infligant. Cogitationes denique à Deo procedentes sūt, quæcumque ad bonum impellunt, ad sanctitatem, & puritatem nos excitant, & mētem nostrā pace quadam cœlitus immissa tranquillat. Atque harum meminit David dicens: Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebē suam. ] Et eas expectabat Samuel, dum ait ad Dominum: Loquere Domine, quia audit seruus tuus. ] Et Dominus ipse à se manare nō negat, qui ait: Ego sapientia habito in consilio, & eruditus inter sum cogitationibus. ] Neque enim Deus illas approbaret, quas nō à se prodire cognosceret. Paulus quoque ait: Non quod sufficētes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. ] Bernardus quidem pulchrè has omnes Deo cogitationes ascribit: Sunt quædam verba, inquit, Verbi sponi ad nos, nostræ meditationes de ipso & eius gloria, elegantia, potentia, maiestate. Non solum autem sed & cūm auida mente versamus testimonia eius, & iudicia oris eius, & in lege meditatur die ac nocte: Sciamus pro certo adesse sponsum, atque alloqui nos: vt

Matth. 9

Bern. ser. 32. in Cant.

1. Cor. 12

Psal. 84.

1. Reg. 3. v. 8.

2. Cor. 4.

Bern. ser. 32. in Cant.

Vide D. Tho. 1. p. 9. 111. ar. 3.

Psal. 77.

Ioan. 13.

Matth. 15.

non